JOANN. BUXTORFII

# EPITOME GRAMMATICÆ HEBRÆÆ,

*Brevitèr & methodicè ad publicum Scholarum usum proposita.*

Adjecta succincta de mutatione punctorum vocalium Instructio, & Textuum Psalmorumque aliquot Hebraicorum Latina interpretatio,

*Ut prompta sit juventuti, & ad manum posita lectionis & exercitationis materies.*

Aucta & emendata per *Johannem Buxtorfium* Filium.

Cui tandem accessit *Christiani Schotani* Appendix ad pleniorem Etymologiæ [illegible].

EDITIO NONA.

*LONDINI*,

Ex Officina JOHANNIS REDMAYNE, prostant venales apud *Henricum Eversden*, sub signo *Leporarii* in *Cœmeterio Paulino*, 1666.

JOANN. BUXTORFII

# EPITOME GRAMMATICÆ HEBRÆÆ,

*Brevitèr & methodicè ad publicum Scholarum usum proposita.*

Adjecta succincta de mutatione punctorum vocalium Instructio, & Textuum Psalmorumque aliquot Hebraicorum Latina interpretatio,

*Ut prompta sit juventuti, & ad manum posita lectionis & exercitationis materies.*

Aucta & emendata per *Johannem Buxtorfium* Filium.

Cui tandem accessit *Christiani Schotani* Appendix ad pleniorem Etymologiæ [illegible].

EDITIO NONA.

*LONDINI*,

Ex Officina JOHANNIS REDMAYNE, prostant venales apud *Henricum Eversden*, sub signo *Leporarii* in *Cœmeterio Paulino*, 1666.

Linc
8°. C. 602.

Linc.
8°C.602.

602

*Nobiliſſimis, Ampliſſimis, Conſultiſſimis Viris,*
DD.

# Conſulibus & Senatoribus inclytæ Reipublicæ HAMMONENSIS in *Weſtphalia*,

*Moderatoribus Prudentiſsimis*,

## Gratiam & Pacem à Deo Patre.

AD literarum ſacrarum ſolidam intelligentiam, *Viri ampliſſimi, nihil tam neceſſarium eſſe, quàm Linguæ ſanctæ* Hebrææ *cognitionem, in confeſſo eſt apud omnes, qui non cortice tenùs, ſed profundiùs ſacras literas tractant. Duo autem incommoda ſunt, quæ ab ejus ſtudio adoleſcentes ſæpiſſimè avertunt, Præceptorum Prolixitas & Confuſio, Illa nauſeam & tædium, hæc difficultatem primo acceſſu inſuperabilem objicit. Prolixitas per multivias & reciprocas ambages ferè fit: per quas in longum circumduci, ſummè tædioſum eſt. In maxima autem omnium rerum perturbatione expeditè progredi, operoſius pro tyronibus negotium eſt. Quæ permiſtè implicita ſunt, ea abrumpunt potiùs, quàm ut ſolvant. Hinc apud hos de profectu deſperatio, apud alios contemptus linguæ oritur: alii magno labore vix mediocres, pauci ſolidos & ex profundo petitos progreſſus faciunt. Hæc mala nunc utcunque depellere aggreſſus ſum, propoſitis brevibus hiſce & dilucidis de lingua* Hebræa *addiſcenda Præceptionibus: brevibus quidem illis in ſe uſu verò ampliſ. Sic autem eas propoſui, ut* Philoſophorum Princeps *decernit libri primi* Phyſicorum, *capite ſeptimo, cum ait,* Ἔστι γὰρ κατὰ φύσιν, τὰ κοινὰ πρῶτον εἰπόντας, ὕστερον τὰ περὶ ἕκαστον ἴδια διορίζειν. Secundùm naturam eſt communia primùm dicere, tum propria & ſingularia cujuſque contemplari. *Et libri tertii, capite primo,* Ἕτερα γὰρ ἡ περὶ τῶν ἰδίων θεωρία τῆς περὶ τῶν κοινῶν ἐστι. Propriorum contemplatio poſterior eſt contemplatione communium. *Hoc ſequutus ſum, quantum id inſtituti ratio nunc permiſit. Brevia & plana tyrones, (quorum commodis nunc ſervire volui) pleniora provectiores Præcepta tractare debent. Fundamentum in plano ſolide priùs ponendum eſt, quàm implicita reliqui ædificii moles ſuperſtruatur. Opta-*

# IMPRIMATUR.

July 22. 1663.

*M.* Franck *S. T. P. Rev. in Christo Patri D.* Gilb. *Dom. Episc.* Lond. *à Sac. Dom.*

## JOANN. BUXTORFIUS
Linguæ *Hebrææ* ſtudioſis S.

SApientum Hebræorum præceptum eſt, לְעוֹלָם יְלַמֵּד אָדָם לְתַלְמִידָיו בְּרֶךְ קְצָרָה: *Semper doceat homo diſcipulos ſuos via brevi.* Et *Plutarcho* in *Phocione* laudata ſimilitudo eſt: Ὡς ἐπὶ τῶν νομίσματος, ἀξία πλείστην ἐν ὄγκῳ βραχυτάτῳ δύναμιν ἔχει ὅτω λόγος δεινότης, πολλὰ σημαίνων ἀπ' ὀλίγων. *Quemadmodum numiſmatis eſtimatio & præſtantia tantò major eſt, quantò in minori maſſa plus valoris continet: ſic orationis illius vis & acumen majus eſt, quæ plurima paucis ſignificat.* Sic certè in Scholis præſtat paucis multa, quàm plurimis verbis pauca docere. כִּי הַיּוֹם קָצֵר וְהַמְּלָאכָה מְרֻבָּה. *Nam dies brevis eſt, & opus multum*, aiunt *Hebræi.* Maximè verò ii, qui primùm linguam vel artem diſcere incipiunt, nec in prolixioribus, nec in gravioribus, quàm captus ingenii ipſorum ferat, ſunt exercendi. Alioquin enim vires vel citò flacceſcunt, vel oneri planè ſuccumbunt. Habetis itaque hic breviſſima de lingua *Hebræa* Præcepta, in quibus Grammaticæ fundamentum ſolidè ſternitur. Ea tamen nè juſto breviora exiſtimetis, de paucis vos monere & inſtruere commodum judicavi, maximè quod ad Verborum tractationem attinet.

In Verbis primùm traditur analogia Conjugandi generalis, cui anomalia, tanquam Species ſuo Generi, poſtponitur, oſtenditurque quot modis ea ab analogia recedat. Omnis autem anomalia fit duplici de cauſa; vel quòd Verbum conſtat ex aliqua quatuor literarum Quieſcentium אהוי, vel quod literam in conjugan-

tissimum verò commodum esset, ut, quemadmodum Latinæ & Græcæ, ità quoque Hebraicæ Linguæ fundamenta, (ab iis saltem, qui Theologiæ studio & Verbi Divini interpretationi aliquando operam locaturi sunt) in Scholis trivialibus & gymnasiis jacerentur. Sic enim & ardentiùs & frequentiùs illius studium in Academiis excoleretur, & juventus solidiùs de Sacræ Scripturæ interpretatione judicaret. Quod ut magno juventutis malo passim negligitur: ità summoperè ejus commodo consuluunt illi, qui sic institutas Scholas habent. Inter hos, Vos, Viri amplissimi & prudentissimi, verè commendandi estis, quòd hoc beneficium juventus vestra Scholastica magno suo bono jam antè viginti annos habuit. Eo enim tempore Dominus Georgius Fabricius, Scholæ vestræ tum Corrector, linguam Hebræam fidè & feliciter ibi docere cæpit, à quo & ego prima ejus principia addidici. Quod beneficium ego gratâ memoriâ recolens, has de lingua Hebræa, Præceptiones, sub Vestro nomine publicare volui, partim ut gratitudinem aliquo argumento testarer, partim ut me patriæ Scholæ commodis inservire paratissimum, & maximè ut sanctæ hujus linguæ studium porrò quoq; in ea excolatur, & firmiùs implantetur, cupidissimum esse comprobarem. Nam certè, sicut Scholis corruentibus, Ecclesias eodem labefactatas motu, corruere necesse est: sic labantibus in Ecclesia linguis, puram Sacræ Scripturæ interpretationem simul collabascere certissimum. Linguarum ignoratione, horrendæ tenebræ Ecclesiam Christi diu occuparunt: Linguarum dono lux Verbi Divini Ecclesiæ restituta est. Hanc lucem ut studiosè conservemus summo studio & operè laborandum.

Accipite ergò, Viri amplissimi & consultissimi, à me munus hoc literarium, benignè & clementer: exiguum quidem illud, si vel in se spectetur, aut cum Amplitudine & Dignitate vestra comparetur; at si ex animo & fine detur, magnum. Non ex munere animus muneratoris est æstimandus, sed ex animo munus. Deus Opt. Max. Rempublicam vestram in pace & tranquillitate diu florentem, potenter conservet, Scholámque & Ecclesiam omnis generis bono ubertim locupletet. Basileæ, 4. Maii, Anno post Christum natum MDCV.

V. A. Addictiss.

M. J. Buxtorfius, Camenna Westphalus, linguæ Hebraæ in Academia Basileensi Professor.

Quòd verò etiam duo genera constituunt Defectivorum tertia ה & ל, id fit κλόγως. Nam ea Verba non generalem alicujus Conjugationis, imò nè unius quidem integri Temporis, sed specialem paucarum vocum anomaliam continent, ideoque specialiter ea explico cap. 13.

Ex Verbis, quæ duarum literarum anomaliam habent, plurifaria ac multiplicia constituuntur genera, quorum quædam unico, pleraque paucis exemplis comprehenduntur. Ego hæc omnia sub Quiescentibus tertia א & ה explico. Quam enim in prima, vel secunda thematis litera anomaliam habent, antè in illis generibus explicata est, ac proinde inutilis tautologia foret, ea denuò repetere, aut tanquam nova, in specie falsò proponere; cognita primum simplici anomalia, quippe quæ generalis est & natura sua præcedit, duplex deinde anomalia in posteriori genere per se patet.

In Verbo נָתַן separata quoque conjugandi forma ob duplicem ejus anomaliam à Grammaticis præscribitur. At cùm posterior ejus anomalia fiat tantùm in quibusdam personis Præteriti, ideo specialiter eam explico in Tempore Præterito, cap. 13. Ex priori autem anomalia convenit cum Verbis Defectivis prima ל, cap. 17.

Ex Verbis quatuor aut quinq; literarum duo sunt Quiescentia, à quibus tantùm extant וְטֵאטֵאתִיהָ. *Et everram eam*, Jes. 14. 13. יָפְיָפִיתָ *Pulchrior effectus es*, Psal. 45. 3. quorum illud ad Præteritum Pihel, Verborum Quiescentium tertia א cap. 30; hoc verò ad Pyhal Quiescentium tertia ה pertinet, cap. 34. Reliqua omnia ad Pihel & Pyhal Verborum Perfectorum refero cap. 14. Hoc itaque modo nihil eorum quæ

do deficientem habet, unde Verba ipsa vel *Quiescentia* vel *Defectiva* appellantur. Quandoque etiam duæ thematis literæ Quiescentes sunt, aut mixtim una Deficiens, altera Quiescens. Ex his ultra triginta vulgò Grammatici faciunt diversa genera, quæ per singulas conjugationes traducta, labyrinthum conjugationum reciprocis ambagibus intricatissimum exhibent. Ex illis se absque tædio extricare, hoc opus hic labor est. Ego hæc omnia in sex generibus explico, compendio utili & necessario.

Quiescentium prima thematis litera, duo vulgò ponunt genera, unum Verborum à (י) alterum ab (א) incipientium. Prius genus recipio: De altero, quia specialem fere unius Temporis anomaliam continet, & quidem multa etiam in eo prorsus analoga sunt, specialem observationem pono cap. 13. Sunt qui tertium genus adjiciant, Quiescentium prima (ה) ex unico exemplo הָלַךְ *Ambulavit*. Sed id præter omnem rationem fit. Nam quòd ab eo deducunt Infinitum לֶכֶת *Ire*, Imperativum לֵךְ *I*, Futurum אֵלֵךְ *Ibo*, & הוֹלִיךְ *Ire-fecit*, eorum thema est יָלַךְ, cujus prima radicalis expressa in הוֹלִיכִי *Abducito*, Exod. 2. 9.

Defectivorum prima thematis litera tria faciunt genera; Verborum scilicet vel à (י) vel à (ל) vel à (נ) incipientium. Ex his posterius tantùm pro genere accipio Defectiva prima (י) quia pauca sunt, in Quiescentium genere per exceptionem explico capite 23, & 24. Defectivorum prima (ל) duo tantum sunt exempla, לָקַח & לָתַת: Illud revoco ad classem Defectivorum primæ נ cap. 17. ab hoc tantum unica vox usitata extat, נִלְתָּעוּ pro נִלְתְּעוּ, Job. 4. 20. At ex his genus fieri nec debet nec potest, cùm reliqua omnia à ל incipientia sint analoga.

Quod

genuina ſignificatio & uſus ex Lexicis, & locorum aliorum collatione, perquirendus. Thema autem propter frequentes anomalias, non ſemper in conſpectu eſt: unde factum, ut Grammatici regulas aliquot de inveſtigando eo annotarint. Has etiam in gratiam eorum, qui minus in Grammaticis exercitati ſunt, aſpergere hoc loco placuit.

Thema ſive Radix apud Hebræos ex tribus communiter conſtat literis, rariſſime ex pluribus. Quæcunque præterea literæ ad thema accedunt, vel conſignificant ei aliquid, vel formationi & flexioni ejus inſerviunt, unde *Serviles literæ* in genere appellantur. Hæ itaque rurſus à themate ſeparandæ ſunt. Unde

1. Si abjectis ſervilibus literis, tres remanſerint, eæ thema conſtituunt: ut אֶפְקֹד *Viſitabo*, à פָּקַד.

2. Si duæ, ac prior earum dageſſata ſit, tum dageſh illud communiter in primam radicalem נ, rarius in י, reducendum eſt; ut אֶנָּשׂ à נָגַשׂ: יַצִּיב à הִצִּיב. At אֶקַּח *Accipiam*, תִּקַּח *Accipies*, & reliquæ perſonæ, ſunt à לָקַח: item אֶתָּעוּ à נִתָּעוּ.

3 Si duarum remanentium poſterior dageſſata ſit, tunc ea geminanda eſt: ut סַבּוּ *Circumdederunt*, à סָבַב Excipe *Primo*, ſi dageſh illud fuerit characteriſticum conjugationis, quod ex forma cognoſci poteſt, tum poſtponendum erit ה; ut גָּלֵה à גָּלָה. *Secundo*, Nomina, חִטָּה *Triticum*. quod eſt à חָטַט: Item אַף *Ira*, בַּת *Filia*, quæ cum Pronominibus compoſita, recipiunt dageſh, quod in ſecundam radicalem נ reſolvendum eſt: nam ſunt ab אָנַף & בָּנָה.

4 Si duarum remanentium neutra dageſſata ſit, tum præponendum י vel נ, rarius א: vel interponendum ו, aut poſtponendum ה, & rariſſimè א: vel ultima geminanda.

5. Si

Grammatici prolixè, fusè & confusè in Verbis proponunt, à me omittitur, ſed omnia rectiùs diſponuntur, ſingulaque ſuo loco dextrè, ad laborem in diſcendo minuendum, proponuntur.

In paucis quoque aliis à vulgato Grammaticorum ordine diſceſſi. In Nominibus caſuum diſtinctio non eo modo hic ponitur, ut vulgo. Literam ה Genitivi, ב Ablativi notas & quaſi Articulos faciunt. Atqui ה omnibus caſibus præponitur: ב autem æquè ſæpè Ablativo apud Hebræos præfigitur, atque apud Latinos *Ab hoc* vel *Ab hac*. Quorſum ergò hæ notæ, quæ in uſu ſunt ignotæ? In Verbis Participium *Pahul*, quod vulgò contra omnem ordinem, in forma Activa (excepta conjugatione Kal) ponitur, in formam paſſivam repoſui, cum & ſignificatione & formatione à Præterito paſſivo deſcendat. Infinitivum ſimpliciter propono, Gerundiorum, quæ appellant, forma omiſſa. Nam literæ ב כ ל מ, per quas Gerundia formari dicunt, Præpoſitiones ſunt, quarum cum Verbo Infinito ſtructura ad Syntaxin pertinet. Neque enim ſimpliciter Gerundia formant, ſed inſignes Hebraiſmos, & periphraſin Temporum Modi Conjunctivi efficiunt.

Porrò qui ultra hæc generalia præcepta, ad ſpeciales obſervationes progredi cupit, & uberiorem linguæ hujus uſum, & in loquendo elegantiam penitiùs & perfectiùs cognoſcere, eum ad Theſaurum noſtrum Grammaticum remittimus.

## ¶ Regulæ de Themate facilè inveſtigando & *cognoſcendo.*

FRuſtrà diſputatur de ſenſu alicujus loci, cum verba ejus non intelliguntur. Verba ut rectè intelligantur, ad thema ſive Radicem veniendum eſt, ejuſque ge-

*Quæ ficto verſu κορυθαίολον Hectora narrat,*
*Aut Helenam pangit, Mercurios, Veneres;*
*Quæ varios fucos & fumos vendit inanes,*
*Quæ picturato carmine ludificat:*
*O quanto plauſu, quibus hæc amplectimur ulnis?*
*Quiſque ſuo blandum pectore virus alet.*
*Incantant animos gentili voce Sirenes,*
*Dementat philtris Græca Medea ſuis,*
At SACRA LINGUA ſacris cur ſic deformis habetur?
Cur ſic à ſanctis putida deſpuitur?
*Ethnica cum regnent, divina ah pulpita frigent:*
*E ſacris noſtris ſola profana tonant.*
*Sive legas Græcè, te ſtipant mille legentem;*
*Sive Latina legas, prompta juventa venit.*
Judaicæ ſolum mœrent lugéntque cathedræ,
*Haſce ſcholas vix, vix unus & alter adit.*
*Hue pauci reptant, rarò, vergentibus annis,*
*Verbi præcones, parciùs, idque ſenes.*
Linguarum mater ſimplex, verecunda, modeſta,
*Caſta, ſeverа, gravis, nil triviale loquens;*
*Quæ volat in cœlum ſuperas evecta per auras,*
*Quæ ſacro altiſoni conſidet ore Patris;*
*Non Pythicos tripodes, non Delphica ſomnia jactans,*
*Aſt* Evangelii *dicta ſacrata canens;*
*Numinis æterni myſteria condita pandens,*
*Terrea non redolens, cuncta ſed alta ſonans;*
Hæc quid commerita eſt ut ſic intacta jaceret?
Soláque cur proceſ non habet iſta ſuos?
*Diſcendo reliquas totos conſumimus annos,*
*Has nugas manibus volvimus aſſiduis.*
*Quis ſopor hic tantus nobis, gravis unde veternus?*
*Unde hæc Muſicolis nauſea obvia togis?*
Hirſutam clamant, dumis ſquallere, referam
Spinis, & ſpiſſis ſentibus horridulam.
*Qui dedit os homini, qui vocem plectráque linguæ,*
*Ille rudis populo dicitur eſſe ſuo?*
*Rhetoricæ Doctor, Logices fons atque magiſter,*
*Nobis facundis hirtus & aſper erit?*
*Hæc protoplaſtus* Adam *primæva ſtirpis origo,*
*Hacuſi* Patres, Angelicúſque *chorus*

*Hæc*

5. Si abjectis servilibus unica tantùm litera radicalis remaneat, tum præponendum ה vel ל, & postponendum ה. Excipe תֵּת *Dare*, quod est à נָתַן: item quasdam voces Præteriti à מוּת *Mortuus est*, & שׂוּם *Posuit*: ut מֵתָּ *Mortuus es*, שַׂמְתָּ *Posuisti*, &c. quæ secundam & tertiam radicalem amittunt, ut cap. 13. explicatur.

Quicunque verò bonus fuerit Grammaticus, is Regulis his aut similibus opus non habebit.

---

## LAURENTI PHRIDI

# De Linguæ Hebrææ studio Monitum.

*Scire profana quidem, sanctis non credo profanum,*
*Si non illota mente profana legas.*
*Non impura puto puris monumenta sophorum,*
*Et non immundis omnia munda reor.*
*Quæ res humanas agitant, non mordeo, linguas,*
*Præpono reliquis Sanctum idioma tamen.*
*Ethnica quis damnat? modò sacris ethnica jungas.*
*Hic scopus, hæc studiis sit Cynosura tuis.*
*Ast ô Christigenæ præcordia barbara cœtûs,*
*Hæc ut suspiciant, illaque despiciant!*
*Quò præceps fertur studium? nimis impia cura*
*Quò ruit, ut spernant sacra, profana colant?*
*Ethnica si qua Venus, si quæ sit mellea Pitho,*
*Hæc fluet in sensus blanda Thalia tuos:*
*Hæc Pandora capit, verbis excompta profanis;*
*Incautas mentes Circea pocla movent.*
*Si commentitio prostaret fabula socco,*
*Si tragicæ pompæ, densa caterva volat:*
*Si totis nervis humanas excolis artes;*
*Si linguis hominum tantus habetur honos:*
Cur hæc linguarum princeps reginâque sola,
Sola velut nobis sordida negligitur?
*Quæ figmenta docet, furiosi μῆνιν Achillis,*
*Claudos Vulcanos, fulmina bruta Jovis;*

Quæ

*Discamus breviter linguam, quæ* Sancta *vocatur,*
*Sanctè, commentis undique sepositis.*
*Dulcius ex ipsis hauritur fontibus unda,*
*Orèque divino purius imbibitur.*
*Non arcere decet pueros, non pellere quemquam;*
*Sunt arcana piis omnibus exposita.*
*Hæc non Rabbinis tantùm, non obvia clero,*
*Sed patefacta bonis, sed reserata piis.*
*Nec pudeat claros, inopes, juvenésque senésque,*
*Causidicum, Medicum, Rhetora, Grammaticum,*
*Æternas nostræ Tabulas versare salutis,*
*Cœli thesauros scire, sumque Deum.*
*Non his fomentis Messiæ nomine tincta,*
*Fraudetur pubes sanctificóque cibo.*
*Sic ethnissarent mediis in gentibus orti;*
*Non hoc lacte suos Turcica terra nutrit.*

ALME DEUS pellas has nostri temporis umbras,
Túque tuúmque malo promicet orbe jubar:
Discere te doceas, dediscere cætera præ te,
Scire nihil nisi te; nam tua scire sat est.

## CAP. I. De *Literis.*

GRammatica est ars bene loquendi, Hebræis Hebraicé.

Partes ejus duæ sunt, { *Etymologia,* *Syntaxis*

Etymologia est prima pars Grammaticæ, quæ *vocum singularum* proprietates explicat.

Vox est nota, qua unumquodque distinctè notatur: fitque ex *Syllaba*, una vel pluribus.

Syllaba est sonus vocis integer, cujus partes sunt *Litera* & *Vocalis.*

Litera est quæ cum vocali sonum integrum edit, undè & *Consona* dicitur. Li-

*Hac* Moſes *Leges ſcripſit, prognoſtica* Vates:
*Hac* Lingua Hebræa *dulciſonáque lyra.*
*Hac* David *Pſalmos cecinit, Proverbia* Schlomo,
*Cœleſti cithara dulciſoníſque modis:*
*Hac olim* Chriſtus, *lux & ſapientia Patris,*
*Subjecit fræno ferrea colla ſuo;*
*Suaſit, perſuaſit, fures & ſcorta vocavit,*
*Hac ſurdos traxit, ſaxaque perdomuit:*
*Hac* Pater *ore ſuo quondam eſt oracula fatus,*
*Et cenſenda tamen barbara lingua Dei?*
*Dulciùs an nobis cæcus reſonabit Homerus,*
*Quàm ſanctus ſancto Spiritus eloquio?*
O teneras aures, doctas nimis atque diſertas!
Ut quibus indoctus creditur eſſe Deus.
*Unde hæ deliciæ? quorſum faſtidia tanta?*
*Cùm ſtomachos tantis provocet illecebris?*
*Non ſic inculta eſt; flores habet atque figuras,*
*Multis melliſluis tota reſperſa tropis.*
*Cultior haud Cicero Latialis gloria linguæ,*
*Non Demoſthenicus gratior ille lepos.*
*Si facilem quæras, levior non altera lingua,*
*Nulla tuos tardat longa ſalebra pedes.*
*Sunt paucæ voces, has unus devorat annus,*
*In reliquis Babylon cernitur, atque Chaos.*
*Si tibi linguarum placeat grandæva ſenectus,*
*Prima fuit terris, ultima forſan erit.*
*Nec juſſit Dominus ſpecus luſtrare Platonis,*
*Sed nec Lycæum ſolivagámque Stoan:*
*Non Tuſculani Romana viraria campi,*
*Quin neque Cecropii roſcida mella ſoli:*
*Aſt*, Scrutare, *inquit*, Scripturas, quærito Moſen,
Ex Iſraelis fonte petantur aquæ.
Ergò *linguarum cùm dux ſit, primáque radix,*
*Ex qua vulgares, Græca, Latina fluant.*
*Cùm non ſit variis multum ſinuoſa Meandris,*
*Sed levis & ſimplex, clara, diſerta, brevis:*
*Nec nodos habeat, ſed tollat, dogmata ſolvat,*
*Obſcuris lucem præferat atque facem:*
*Non pudeat ſanctos, ſanctam didiciſſe Camœnam,*
*Nativisque ſuis Biblia ſcire tonis.*

Di-

בומף Literæ labiorum ſive labiales.

Hinc conſectarium, uſus in omnibus linguis celeberrimi: *Literæ unius organi facile inter ſe commutantur.*

Literæ אהוי ſæpe conſonarum valorem amittunt, & otioſæ, quoad pronunciationem, in voce exſiſtunt, quod Hebræi dicunt *Quieſcere*, & inde *Literæ Quieſcentes* tunc vocantur. Vulgò אהוי *Ehevi*, ſive יהוא *Jehu* memoriæ cauſa appellantur.

## CAP. II. *De Vocalibus.*

VOcalis eſt, quæ per ſe ſonum edit: éſtque *Propria* vel *Impropria.*

Propria, quæ ſemper vocalis eſt: éſtque *longa* vel *brevis.*

Longa, quæ producto ſono effertur: éſtque *quintuplex.*

Brevis, quæ correpto, & eſt itidem *quintuplex*: ut,

*Longæ.*

*Kametz* אָ A obſcurum quaſi cum O mixtum, ut in Germanicis, Abend Veſpera: Samen Semen: Angl. *ſalt* ſal; *ſmall* parvus.

*Tzere* אֵ E purum & ſiccum, Ehr Honor, Lehr Doctrina. Angl. *we* nos.

*Chirek longum* אִי I Ihr Vos, Ihnen Ipſis, Glider membra. Ang. *Alive* vivus.

*Cholem* אוֹ O, Ohr auris, Sohn filius. Angl. *open* apertus: *over* ſupra.

*Breves.*

*Pathach* אַ A clarum, ut in Vatter Pater, Samlen Colligere, Dach Tectum. Angl. *Art* ars.

*Ségol* אֶ E impurum & dilutum, ähr Ariſta. Angl. *an ear of corn. bed* lectus.

*Chirek breve* אִ I, Irren errare, Sinn ſenſus, gelitten paſſus. *to live* vivere.

*Kametz-chatuph* אָ O Ort locus, Son ſol, Trott torcular. Angl. *to trot* ſuccuſſare.

*Schurek*

Literæ sunt viginti duæ, omnes Consonæ:

| Nomen. | Figura. | Potestas. | |
|---|---|---|---|
| Aleph | א | 1 (') | *Spiritus tenuis.* |
| Beth | ב | 2 bh | *lenioris soni, quàm* ו. |
| Gimel | ג | 3 gh | *Soni Germanis incogniti.* |
| Daleth | ד | 4 dh | |
| He | ה | 5 h (') | *Spiritus asper primus.* |
| Vau | ו | 6 v | *Consona fortior quàm* ב. |
| Sajin | ז | 7 s | *lenissimum.* Angl. z. |
| Heth | ח | 8 h | *Spiritus asperior.* |
| Teth | ט | 9 t | |
| Jod | י | 10 j | *consona.* |
| Caph | כ | 20 ch | χ *Græcorum.* Angl. c. |
| Lamed | ל | 30 l | |
| Mem | מ | 40 m | |
| Nun | נ | 50 n | |
| Samech | ס | 60 s | *acutum.* |
| Hajin | ע | 70 h | *Spiritus asperrimus.* |
| Pe | פ | 80 ph | φ *Græcorum.* |
| Tzade | צ | 90 tz | |
| Koph | ק | 100 k | κ *Græcorum.* |
| Resch | ר | 200 r | |
| Schin | שׁ | 300 sc | *vel* χ *aut* sch *German.* Angl. *sh.* |
| Sin | שׂ | s | *acutum ut Samech.* |
| Thau | ת | 400 th | Θ *Græcorum.* |

Litera שׁ irreptitia est, non originalis, partim ex prava prolatione תּ שׁ nata, partim pro ס posita.

Quinque in fine vocum aliter scribuntur, unde literæ *Finales* vocantur: nempe כ מ נ פ צ

Finales, ך ם ן ף ץ

Distribuuntur ab Hebræis in quinque ordines, juxta quinque organa, quæ distincta singularum prolatione occupantur.

א ה ח ע Literæ gutturis, sive gutturales, quia spiritum valent, qui in gutture formatur.

ד ט ל נ ת Literæ linguæ sive linguales.

ג י כ ק Literæ palati sive palatinæ.

ז ס צ ר ש Literæ dentium sive dentales.

Hæ propriæ literarum gutturalium ſunt, quibus adhibentur loco Scheva ſimplicis, commodioris pronunciationis cauſa. Improprie & irregulariter quandoque aliæ literæ alphabeti eas poſſident

Quando (ֲ) ſit vel Kametz-chatuph, vel Chateph-kametz, vide cap. 4 & 5. Hæ quatuor autem in genere vocantur *Vocales breviſſimæ.*

## CAP. III. *De Dageſh & Mappik.*

VEntri literarum inſcribitur punctum, pronunciationi ipſarum inſerviens, diciturque vel *Dageſh* vel *Mappik.*

Dageſh duplex eſt: *Lene* vel *Forte.*

*Dageſh lene* eſt, quod ſex literas בגד כפת per ſe aſpiratas facit tenues, aſpirationem ab iis tollendo: ut, בּ *ba*, גּ *ge*, דּ *di*, פּ *po*, תּ *tu*. Fit hoc 1. *ab initio dictionis*, ſi præcedens dictio non terminetur litera quieſcente aut vocali longa: tunc enim aſpiratæ manent, quod ipſum tamen etiam exceptionem habet, ut traditur cap. 5. 2. *in media dictione poſt Scheva quieſcens.* Attamen & hic ſæpe aſpiratæ manent, quod ſpecialis obſervationis eſt. Hæ literæ vulgo memoriæ cauſa *Begad-kephat* vocantur. Olim autem, quando aſpiratæ eſſent, notabatur ſuper illas virgula transverſa, quam *Raphe* vocabant, unde *Litera raphata*, id eſt, aſpirata. Exempla vide Exod. 20. verſ. 9, 13, 14, 15. Adhibitam adhuc cernere eſt in quibuſdam veteribus Bibliorum editionibus Conſtantinopoli impreſſis: in recentioribus autem libris plane exolevit.

Veteres Grammatici literis aſpiratis accenſent quoque Reſch, & ſic ſeptem numerant בגד כפרת. Aſpirationem eam in ſe continere patet ex lingua

*Schurek* וּ U Unſer noſter, Unſchuldig innocens, geſund ſanus. Angl. *a lute* barbitum, teſtudo.

*Kibbutz* אֻ u vel ט, Sunde peccatum, verfuhren ſeducere. Angl. *but* ſed, *ſhut* clauſus.

Quomodo figura Cametz-chatuph ( ֳ ) à Kametz longo diſcernenda ſit, cap 4. & 5 patebit,

Cholem etiam ſæpiſſime per puncta literæ וֹ & ו deſignatur, ita ut punctum illud ſimul & literam notet, & pro vocali uſurpetur. Fit hoc in וֹ, quando præcedens litera vocali caret: ut מֹשֶׁה *Moſcheh*, עֹשֶׁר *Oſcher*; in ו, quando ea ipſa nullum aliud punctum vocale adjunctum habet: ut, שׁוֹנֵא *Sone*, מְשֹׂנְאַי *Miſſoneai*. Quandoque etiam eadem litera utrinque punctum geſtat, ſic וֹ, quorum alterutrum pro Cholem ſumendum: ut, שׁוֹנֵה *Schoneh*, עוֹשֶׂה *Oſch*. Vide infra cap. 4.

Impropria vocalis eſt, quæ vel non ſemper, aut non omnium literarum vocalis eſt: eſtque *Simplex* vel *Compoſita*.

Simplex dicitur *Scheva*, & duobus punctis perpendicularibus literæ ſubjicitur, אְ, valetque E breviſſimum, quale in berahlt, geſtrafft, quod rapide effertur quaſi brahlt, gſtrafft. ut e med. in Angl. *beggery*. Vulgo vocatur *Scheva mobile*. At 1 *poſt vocalem brevem*, 2. *poſt longam accentu tonico notatam*, 3. *in fine dictionis geminum*, vocalis naturam deponit, docetque tantum, conſonam ſuam eſſe cum præcedenti in unam ſyllabam conjungendam. Hinc appellatur *Scheva quieſcens*, ſive *mutum*.

Compoſita eſt, quæ conſtat ex Scheva & vocali brevi: eſtque *triplex*:

*Chateph-pathach* חֲ A
*Chateph ſægol* חֱ E } *celeberrimæ pronunciationis.*
*Chateph-kametz* חֳ O

He

ctum ad ק pertinet, non autem ad ו, quia ea propriam vocalem Sægol ſubjectam habet, cum qua, ut conſona, effertur. Porrò literæ vocali hic deſtitutæ, quieſcunt, nec tamen propterea otioſæ aut ſuperfluæ ſunt, ſed pertinent ad ſubſtantiam & eſſentialem formam vocis, quæ ſine illis non eſſet integra.

*Compoſita* eſt, quando plures conſonæ in unam ſyllabam conjunguntur. Fit hoc in univerſum per Scheva ſimplex, & ſub gutturalibus per Scheva compoſitum. Hæc enim puncta per ſe ſtatam & ſeparatam ſyllabam nunquam efficiunt, ſed ſuas conſonas aliis adjungunt: ut, פְּרִי *peri*, quaſi *pri*, non diviſim *pe-ri*; & ſic ſemper efferendum Scheva, quando vocale eſt: יְבָרְכוּ *Jebha-rechu*: הִפְקַדְתִּי *hiph-kad-ti*, ubi Scheva bis poſt vocalem brevem quieſcit, & ת poſt Scheva quieſcens cum dageſh lemi notatum, per nudum *T* efferendum, ut anteced. cap. dictum תַּחְתִּיָּה *tach-ti-ja*, ubi י cum Mappik poſt Chirek notatum, per conſonam efferendum eſt, cum abſque eo quieſceret, quippe vocalem longam conſtituens, & ſic etiam ultima ſyllaba à vocali Kametz inciperet, quod contra regulam eſt in principio capitis traditam. Sic Mappik in ה vocis אִישָׁהּ *I-ſhah*: etſi Judæi Mappik in hac forma, præcedente Kametz, negligant, & ſimpliciter pronuncient *Iſha*, ה quieſcente, quod ſine dubio vitioſe fit.

Literæ ultimæ vocum mobiles raro cum Scheva notantur, ut in his, בָּרַךְ *ba-rach*, שָׁאַלְתְּ *Sha-alt*. Cùm non habent, habere intelliguntur. Semper autem præcedenti adjunguntur: ut, שִׁלְחָן *menſh*: לֶחֶם *panis*.

ח & ע in fine vocis ſæpe ſub ſe aſſumunt Pathach, quod ante eas pronunciatur: ut, מָשִׁיחַ *ma-ſhiach*, יָדוּעַ

Græca, in qua cum ſpiritu aſpero notari ſolet, &c.

*Dageſh forte* eſt, quod literam pronunciatione geminat. Habet locum in omnibus literis, exceptis gutturalibus & ר. A ſex præcedentibus בגד כפת etiam aſpirationem tollit, ut ipſum dageſh lene. Eſt autem dageſh in illis forte, quandocunque non præcedit Schevæ: tunc enim tantum in illis lene eſt, ut dictum. Literæ gutturales א ה ח ע & ר, ad indicium & complementum excluſi Dageſh, præcedentem vocalem brevem plerunque in longam convertunt, ei analogam, Chirek in Tzere; Pathach in Kametz; Kibbutz in Schurek vel Cholem, ut cap. ſequenti videbitur.

*Mappik* eſt punctum, quod literæ ה & ו inſcriptum, docet eas genuino ſuo ſono efferendas, quæ ſine eo quieſcerent. Literæ ו inſcribitur in media dictione poſt Chirek, & literæ ה in fine vocis tantum, ut cap. ſequenti fuſius declarabitur.

## CAP. IV. *De Syllaba, & legendi ratione.*

SYllaba eſt conſonæ & vocalis in unum ſonum conjunctio. Conſona ſyllabam ſemper inchoat, à dextra verſus ſiniſtram.

Syllaba eſt *Simplex* vel *Compoſita*.

*Simplex*, quæ ex una conſona & una vocali conſtat: ut, אֵלִי *E-li*, הַיִּתִי *ha-ji-thi*, שָׂנֵא *ſo-ne*, ubi punctum literæ שׂ ſimul & literæ & vocalis nota eſt, quia ea litera aliud punctum vocale adjectum non habet: שׁוֹעֵה *ſho-ue*, ubi poſterius punctum ſupra literam וֹ neceſſario per Cholem legendum. בַּרְאֵתִי *bar-ra-thi*, ubi ב habet dageſh lene, ideoque valet nudum *b*, & א in medio quieſcit: קֹוְבֵךְ *ko-ve-cha*, ubi ſuperius punctum

teph-pathach & Chateph-ſægol mutantur in Scheva: ut, יֶהְגֶּה *jeh ge*, pro יֶהְגֶּה.

Dageſh forte ſyllabæ compoſitæ facit quoddam compendium: ut, הֻגַּשׁ *hyg-gaſh*, pro הֻגְגַּשׁ. Hinc *Scheva poſt vocalem brevem, ſub litera dageſſata, vocale fit*: ut, גִּלְלָתָה *gil-letha* pro גִּלְלְתָה. Poſt vocales longas rarò adhibetur, quia in longis vocalibus ſonus integer ſyllabæ abſolvitur; aliquando tamen etiam poſt eas reperitur. Dageſh fortè ex gutturalibus & ר excidens, plerumque præcedentem vocalem brevem in longam convertit: ut, בָּאֵר pro בַּאֵר. Dageſh forte, etiam ex litera Schevata, euphoniæ cauſa ſæpe excidit, ut ſuis locis videbitur.

Huc referendum etiam *Dageſh Euphonicum*, ſine legitima artis cauſa, aut neceſſitate ulla, adhibitum; ut, מְקֻדָּשׁ pro מְקֻדָּשׁ, Exod. 15. 17. Item *Dageſh initiale*: ſic, poſt vocem penacutam, in ךָ, תָּ, הָ, vel הָ finitam, ſæpe imponitur primæ literæ ſequentis dictionis Dageſh fortè: item poſt מָה, & זֶה; ut, מַה־טּוֹב: זֶה־לָּךְ.

Denique *diphthongorum* doctrina ſyllabæ compoſitæ affectio quædam eſt.

וֹ & וֵ poſt Kametz, Tzere & Chirek in fine vocum, vocalis quodammodo naturam induunt, & cum vocalibus iſtis in diphthongum coaleſcunt: *Vau* triplicem diphthongum facit: ut, עֵשָׂו *Eſau*, שָׁלֵו *ſhaleu*, פִּיו *piu*. Judæi tamen in his nullum diphthongum agnoſcunt, ſed וֹ ut conſonam *f* proferunt, *Eſaf*, *ſhalef*, *pif*. (וֵ) triplicem diphthongum facit: ut, פָּנֵי *panai*, גּוֹי *goi*, גָּלוּי *galui*. Attamen & hic à quibuſdam dubitatur. Irregulare eſt יְרוּשָׁלַם, quod ſcribendum & legendum יְרוּשָׁלַיִם *Jeruſhalajim*,

יְרוּעַ *ja-dhuah.* Vulgo vocatur פָּתַח גְּנוּבָה *Pathach gennubha*, id est, furtivum.

ה cum Mappik id aliquando imitatur: ut, אֱלוֹהַּ *eloah*, *Deus*, מַגְבִּיהַּ *maghbiah*, *exaltans.*

Gutturales nunquam admittunt Scheva vocale, bene quidem Scheva mutum seu quiescens. Alias Scheva compositum ipsarum proprium est, ubi Scheva requiritur, ut dictum: ut חָבְוּ *habhu*, אֲמוּנָה *emu-na*, חֲלִי *Choli.* Hinc præcedens litera commutet suscipit eam vocalem brevè, quæ sub gutturali est cum Scheva composita, quod vulgo dicunt, *Litera gutturalis punctat se & præcedentem:* ut, אַהֲבָה *a-habha*, בֶּאֱמוּנָה *be-emu-na*; at Kametz-chatuph hic semper per nudum Kametz scribitur, quod ex præcedenti regula per *O* legendum: ut, אָחֳלוֹ *O-holo*, *Crasis*, בֵּאלֹהִים pro בֶּאֱלֹהִים *in Deo*: לֵאמוֹר pro לֶאֱמוֹר *Dicere*: לַאדֹנָי pro לַאֲדֹנָי *Domino meo.* Sic לַיהוָה quod legendum לַאֲדֹנָי.

Porro, duæ vocales brevissimæ continuo legi nunquam possunt, unde nec duo Scheva ab initio voeis ponuntur, nec post Scheva compositū Scheva simplex in media voce unquam sequitur. Attamen analogia vocum utrumq; sæpe postulat, & tunc, si duplex Scheva ab initio concurrit, prius mutatur in Chirek, aut Pathach vel Sægol sub gutturali: exempla vide cap. 13. ad Imperativum & Futurum Kal. & sic deinceps per totum librum. Sed & alterum Scheva si sub ר fuerit, tollitur: ut, בִּירוּשָׁה *bi-hu-da*, pro בִּיהוּדָה. Si in media dictione post Scheva compositū, sequatur Scheva simplex, tunc compositum resolvitur vel in suam brevem, aut in nudum Scheva: ut, תַּחְבְּרוּ *ta-bar-gu*: יֵאָשְׁמוּ *je-shemu.* Sæpe tamen etiam sola euphoniæ causa Chateph-

Usus horum triplex est: 1. designant *musicam*, sive rationem cantus apud Judæos: 2. *legitimam pronunciationem* cujusque vocis, in syllabæ alicujus elevatione: 3. *distinctionem sententiæ* in certa membra. Primus usus Judæis relinquitur. De secundo hic observetur:

1. *Quæ syllaba accentu tonico notata est, ea acuitur.* Excipe *Telisha-gedola*, qui primam vocis literam semper occupat; *Tiphcha*, quando in Jobo, Psalmis, & Proverbiis initio vocis ponitur: item *Pashta*, *Telisha-Ketanna*, *Sæzalta*, *Sarka*, qui ultimæ vocis literæ semper adhærent, nec tamen eas syllabas semper afficiunt. Quæ autem syllaba cum illis acuenda sit, id ex analogia flexionis & proprietate vocis sciendum est.

2. *Ejusdem accentus in eadem voce geminati, prior syllabam acuit*: ut, תֹּהוּ tóhu.

3. *Diversorum in eadem voce accentuum posterior acuit, prior euphoniæ inservit*: ut, וְהַעֲצִים vehaetzim.

4. *Accentus tonicus vocali longæ additus, Scheva sequens constituit quiescens*: תָּגְלְנָה tagélna.

Tertius usus ad Syntaxin pertinet, quæ docet orationem in sua membra recte distinguere. Sic autem distribuuntur in *Ministros* & *Reges*.

*Ministri* sunt, qui orationem continuant & promovent ad commodum membrum: suntque octo, *Munach*, *Mahpach*, *Merca simplex*, *Merca duplex*, *Darga*, *Jerach*, *Kadma*, *Telisha-ketanna*.

*Reges* sunt, qui spiritum vel levicule suspendunt, aut plenius sistunt deponuntque, & sermonem aliquo membro incidunt: suntque septendecim reliqui, *Silluk*, *Athnach*, *Rebbia*, *Sakeph-katon*, *Sakeph-gadol*,

jim, ex Jer. 26. 18. item יְרוּשַׁלַּ֫מְרָה, quod legendum יְרוּשָׁלַ֫יְמָה ex 2. Paralip. 32. 9.

## CAP. V. *De Accentibus.*

VOcis commnnes affectiones ſunt *Accentus* & *Notatio.*

*Accentus* eſt nota, quæ vocis ſonum convenienter moderatur: eſtque *Tonicus* vel *Euphonicus.*

*Tonicus*, qui ultimam vel penultimam ſyllabam acuit. Hunc nos recta virgula, ad ſyllabam acuendam, docendi cauſa in hoc libello exprimemus. Vox in ultima habens accentum, vocatur vulgo Chaldaica voce מִלְרַע *milra*: in penultima, מִלְעֵיל *milhel.* Tonici ſunt viginti quinque, quorum quatuordecim ſupra vocem, undecim infra vocem notantur, hoc modo:

*Supra vocem.*

1 אַ Paſhta.
2 אַ Kadma.
3 אֵ Gereſh: Teres: Aſla.
4 אֶ Geraſhajim.
5 אֵ Teliſha-ketanna: Talſha, Tarſa.
6 אֵ Teliſha-gedola.
7 אֵ Karne-para.
8 אֶ Rebhia.
9 אֵ Sakeph-gadol.
10 אֵ Sakeph-katon.
11 אֶ Sægolta.
12 אֶ Paſer.
13 אֶ Sarka.
14 אֵ Shalſheleth.

*Infra vocem.*

15 אֵ Merca: Maarich.
16 אֵ Merka-kephula.
17 אֵ Tiphcha: Tarcha.
18 אֵ Munach.
19 אֵ Mahpach.
20 אֵ Jethif.
21 אֵ Tebhir.
22 אֵ Darga.
23 אֵ Athnach.
24 אֵ Jerach.
25 אֵ Silluk.

virgula transversa conjunguntur, ut cum postremæ vocis accentu venusta pronunciatione coalescant. Virgula ista vocatur *Makkaph*: ut, וְאַף־גַּם־זֹאת *veaph-gam-zoth*, Lev. 26. 44. *Cholem* & *Tzere* sequente consona mobili in fine vocis, ante Makkaph corripiuntur; illud in Kametz-chatuph, hoc in Sægol: unde ista regula: *Kametz ante Makkaph, breve est*, id est, Kametz chatuph; ut, כָּל *col*, אֵת *eth*, אֶל *el*, יָקֹם *jakom*, quæ accentu proprio notatæ, scribuntur, יָקוֹם, כל, אֵת, אל.

*Secunda*, accentus trajectio. Nam vox monosyllaba aut bisyllaba penacuta, sæpissime rejicit accentum præcedentis dictionis ex ultima in penultimam, unde Cholem & Tzere rursus corripiuntur, ut ante. Hinc ista regula: *Kametz ultimæ syllabæ, ante consonam mobilem accentu destitutam, breve est*, id est, Kametz chatuph: ut, וַיָּקָם לֵךְ *vajakom-lach*, Job. 22. 28 Cæterum in Jobo, Psalmis & Proverbiis, alia quam in aliis libris biblicis accentuum ratio est, cujus modus hactenus ab Hebræis nondum satis explicatus.

### *Differentia inter Kametz longum & Kametz-chatuph sive breve, & Chateph-kametz sive brevissimum.*

Kametz-chatuph nunc per nudam figuram Kametz longi ( ָ ) describitur, nunc per præposita duo puncta ( ֳ ) qua figura etiam Chateph-kametz notatur. Quando figuram habet nudi Kametz, tunc quadrupliciter ab eo distinguitur.

1. Kametz absque Metheg ante Scheva, est Kametz-cha-

*Sægolta*, *Sarka*, *Gereſh*, *Geraſhajim*, *Paſhta*, *Paſer*, *Shalſheleth*, *Teliſha-gedola*, *Karne-para*, *Tipcha*, *Tebhir*, *Jethiſ*. Ex his communiter ad Comma ſive inciſum adhibentur *Rebhia* & *Sakeph-katon*, & in verſibus longioribus *Sægolta*: ad Colon, *Athnach*: ad Periodum ſive Verſum abſolvendum, *Silluk*, quem & *Soph-paſuk* vocant. Hi ob pleniorem ſpiritus in pronunciando depoſitionem, dicuntur *Pauſæ*, quarum in immutandis vocalibus non exigua vis eſt, ut in fine hujus libri oſtenditur. Hic obſervetur & iſta Regula: *Literæ* בגד כפת *Begad-kephat poſt vocem vocali longa aut litera quieſcente finitam, ac quolibet accentu rege notatam, Dageſh lene accipiunt*: ut, אֲשֶׁר אִתּוֹ בַּתֵּבָה *Et quicquid erat cum ipſo in arca*, Gen. 7. 23. Alias ſic aſpiratæ manent, ut dictum cap. 3.

*Euphonicus* eſt, qui tonico præmiſſus, ſuaviorem pronunciationem efficit. Is unicus eſt, & *Metheg* dicitur, vel *Gajah*, rectaq; virgula ſub litera notatur. Ejus uſus eſt, ut vocalem, cui adjunctus eſt, decore ſuſpendat: ut, הַיְתָה *hajethâ*. Vocalibus longis ante Scheva addi ſolet: unde *Kametz ante Scheva abſque Metheg*, *breve eſt*, id eſt, Kametz-chatuph: ut, חָכְמָה *Chochma*; at cum Metheg חָכְמָה *Chachema*. Incuria tamen typographica non raro id omiſit: ſic in Hagiographis rariſſime uſurpatur, unde ad analogiam vocis & ſenſum attendendū, quando A vel O eſſe debeat. Additur etiam ſemper vocalibus ante Scheva compoſitum: ut, יַעַשְׂךָ *Jahasé*: יֹאסֵף *Jeéſoph*. Metheg ſæpe mutatur in accentum tonicum, unde ſuperior regula tertia nata eſt.

Duplex porro hic euphoniæ ſpecies eſt: *prima*, accentus tonici ablatio. Tunc duæ pluresve voces vir-

undecim, sic tamen serviles, ut & sæpè sint radicales, nempe, אבהוי כלם נשתו, quarum Symbolum memoriale, כָּל־מְאַהֲבַי נִשְׁתּוֹ *Omnes amici mei deficiunt*: אלבש serviunt à capite dictionum, כנהם à capite & à fine, יות ubique.

*Derivativa*, quæ alterius est originis. Derivatio tribus potissimùm fit modis, 1. sola vocalium Radicis mutatione, 2. literarum aliarum ad Radicem additione, 3. literarum radicalium detractione.

*Figura* est origo vocis *Simplex* aut *Composita*. Simplex, quæ individua in alias: ut, אָב *Pater*. Composita, quæ in alias dividi potest: ut, אַבְרָם *Abram*, in אָב *Pater*, & רָם *Excelsus*. Compositæ voces Hebræis rariores sunt.

## CAP. VII.

### *De divisione vocis in genera & species.*

VOx est *Declinabilis* vel *Indeclinabilis*.

*Declinabilis* quæ in diversos fines flectitur: idque *Numero* vel *Genere*.

*Numerus* est, cum quid de uno vel pluribus effertur: unde est vel *Singularis*, qui de uno, vel *Dualis*, qui de duobus, vel binis, vel *Pluralis*, qui de pluribus usurpatur.

*Genus* est differentia vocis secundum sexum: estque *Distinctum* vel *Conjunctum*.

Distinctum est vel *Masculinum*, quod mari aut rebus maris specie conceptis; aut *Fœmininum*, quod fœminæ, convenit.

Conjunctum, quod utrique sexui commune est, unde & *Commune genus* vulgo dicitur, & nunc in masculino, nunc in fœmininо genere usurpatur.

Vox

chatuph, id est, *O* breve: ut, חָכְמָה *Chochma*. Excipe Job. Psal. & Proverbia.

2. Kametz absque accentu ante Dages forte, breve est: ut, רָנּוּ *ronnu*.

3. Kametz ultimæ syllabæ accentu tonico carens, ante consonam mobilem breve est: ut, וַיָּקָם *Vajakom*. Sic ante Makkaph, כָּל *Kol*.

4. Kametz ante gutturalem cum Chateph-kametz notatam, breve est: ut, אָהֳלוֹ *Oholo*.

Quando cum duobus punctis scribitur, tunc tribus modis à Chateph-kametz discernitur.

1. Kametz-chatuph post se semper habet vel Scheva quiescens aut Dagesh forte: ut, רָנּוּ *Ronnu*. קָדְשׁוֹ *Kodsho*: Post Cateph-kamets nunquam sic.

2. Kametz-chatuph omnibus alphabeti literis per se subjicitur: Chateph-kametz proprie gutturalibus tantum, idque loco Scheva, raríssime & irregulariter aliis literis additur.

3. Kametz-chatuph sæpe absque duobus punctis scribitur, & syllabam constituit: chateph-kametz sine istis nunquam venit, neque unquam syllabam efficit.

## CAP. VI. *De Notatione.*

NOtatio est, qua vocis cujuslibet origo inquiritur: idque *Specie* aut *Figura*.

*Species* est origo vocis *prima*, vel aliunde *derivata*. *Prima*, vel *Primitiva*, est, quæ primæ est originis. Græcis ῥίζα, Hebræis שֹׁרֶשׁ *Radix*, dicitur, & tribus communiter literis constat, quæ dicuntur *Radicales*: raro paucioribus, vel pluribus. Reliquæ, quæ ad Radicem accedunt, appellantur *Serviles*, quod accidentibus Radicis formandis inserviunt. Harum sunt

un-

Vox declinabilis est vel *Nomen* aut *Pronomen*, vel *Verbum* aut *Participium*.

## CAP. VIII. *De Nomine.*

NOmen est vox per numeros generaque declinabilis cum casu.

Numerus hic etiam *Dualis* est, qui de rebus natura binis tantum effertur, raro de aliis. Forma cap. sequenti ostendetur.

Genus quomodo cognoscatur, ex Thesauro nostro Grammatico petendum est.

E generis differentia Nomen est vel *Substantivum* vel *Adjectivum*.

*Substantivum* est nomen generis unius vel communis, sub una terminatione: ut, סֵפֶר *Liber*. Ad sexum discernendum quandoque etiam in alterum genus movetur ob sexus differentiam. Motio de Masculino in fœmininum, fit assumpto ה cum præcedente Kametz & accentu: ut, אִישׁ *Vir*, אִשָּׁה *Vira*: מֶלֶךְ *rex*, מַלְכָּה *regina*.

*Adjectivum* est Nomen generis duplicis sub duplici terminatione: ut, טוֹב *bonus*, טוֹבָה *bona*. Motio hæc in alteram terminationem, Masculini formam sæpe mutat.

1. Kametz penultimæ syllabæ mutatur in Scheva: ut, גָּדוֹל *magnus*, גְּדוֹלָה *magna*.

2. Tzere ultimæ syllabæ, si nullum Kametz præcesserit, similiter transit in Scheva: ut, עִוֵּר *Cæcus*, עִוֶּרֶת *Cæca*. Præcedente autem kametz manet.

3. Terminatio הָ tollitur, unde antecedens Kametz immutatum manet: ut, יָפֶה *pulcher*, יָפָה *pulchra*.

4. Ma-

1. Nomina numeralia Cardinalia, tria quædam apud Hebræos
cem habent terminationem Fœmininorum, & contrà Fœminina M
2. Alterum, quòd nomina ista numeralia numeri singularis jun
nim חֲמִשִּׁים שָׁנָה *quinque anni*, חֲמֵשׁ שָׁנִים *quinquagin*
3. Tertium, quòd numeri minores præponuntur majoribus, in
neſeos 5to, *Et vixit Seth poſtquam genuit Enoſh* מֵאוֹת שָׁנָה

*Reliqui Numeri Cardinales ſunt Communis generis uſque ad infinitum; ut*

עֶשְׂרִים שְׁלֹשִׁים אַרְבָּעִים חֲמִשִּׁים שִׁשִּׁים

60 50 40 *Triginta.* *Viginti.*

שִׁבְעִים שְׁמוֹנִים תִּשְׁעִים מֵאָה מָאתַיִם מֵאוֹת

*Pluries centũ.* 200. 100 90 80 70

אֶלֶף אַלְפַּיִם אֶלֶפִּים רְבָבָה vel רְבוֹא רִבּוֹתַיִם

*Duæ myriades.* *Myrias.* *Pluries mille.* *Bis mille.* 1000

רְבָבוֹת vel רִבּוֹת

*Pluries myriades.*

## Numeri Ordinales.

| *Generis Fœminini.* | | *Generis Maſculini.* | |
|---|---|---|---|
| רִאשׁוֹנָה | *Prima.* | רִאשׁוֹן | *Primus.* |
| שֵׁנִית | *Secunda.* | שֵׁנִי | *Secundus.* |
| שְׁלִישִׁית | *Tertia.* | שְׁלִישִׁי | *Tertius.* |
| רְבִיעִית | *Quarta.* | רְבִיעִי | *Quartus.* |
| חֲמִשִּׁית | *Quinta.* | חֲמִשִּׁי | *Quintus.* |
| שִׁשִּׁית | *Sexta.* | שִׁשִּׁי | *Sextus.* |
| שְׁבִיעִית | *Septima.* | שְׁבִיעִי | *Septimus.* |
| שְׁמִינִית | *Octava.* | שְׁמִינִי | *Octavus.* |
| תְּשִׁיעִית | *Nona.* | תְּשִׁיעִי | *Nonus.* |
| עֲשִׂירִית | *Decima.* | עֲשִׂירִי | *Decimus.* |

ebræos habent propria: tinum, quòd Maſculina à tribus ad de-
ina Maſculinorum, paucis exceptis.
is junguntur Subſtantivis numeri pluralis, & contrá: dicimus e-
*quaginta annus.*
is, in compoſitione præcipuè. ut perſpicuum eſt ex illis verbis Ge-
שִׁבְעַ שָׁנִים וּשְׁמוֹנֶה מֵא *ſeptem annos & octingentos annos.*

*Numeri Cardinales.*

| Generis Fœmini. | | Generis Maſculini. | |
|---|---|---|---|
| *Regim.* | *Abſolut.* | *Regim.* | *Abſolut.* |
| אַחַת | אַחַת | אַחַד | אֶחָד *Unus.* |
| שְׁתֵּי | שְׁתַּיִם | שְׁנֵי | שְׁנַיִם *Duo.* |
| שְׁלֹשׁ | שָׁלֹשׁ | שְׁלֹשֶׁת | שְׁלֹשָׁה *Tres.* |
| אַרְבַּע | אַרְבַּע | אַרְבַּעַת | אַרְבָּעָה *Quatuor.* |
| חֲמֵשׁ | חָמֵשׁ | חֲמֵשֶׁת | חֲמִשָּׁה *Quinque.* |
| שֵׁשׁ | שֵׁשׁ | שִׁשֶּׁת | שִׁשָּׁה *Sex.* |
| שִׁבְעַ | שִׁבְעַ | שִׁבְעַת | שִׁבְעָה *Septem.* |
| שְׁמוֹנַת | שְׁמוֹנֶה | שְׁמוֹנַת | שְׁמוֹנָה *Octo.* |
| תִּשַׁע | תִּשַׁע | תִּשְׁעַת | תִּשְׁעָה *Novem.* |
| עֶשְׂרֵה | עֶשֶׂר | עַשְׂרַת | עֲשָׂרָה *Decem.* |

אַחַת עֶשְׂרֵה אַחַד עָשָׂר *Undecim.*
שְׁתֵּים עֶשְׂרֵה שְׁנֵים עָשָׂר *Duodecim.*
שְׁלֹשׁ עֶשְׂרֵה שְׁלֹשָׁה עָשָׂר *Tredecim.*
אַרְבַּע עֶשְׂרֵה אַרְבָּעָה עָשָׂר *Quatuordecim.*
חֲמֵשׁ עֶשְׂרֵה חֲמִשָּׁה עָשָׂר *Quindecim.*
שֵׁשׁ עֶשְׂרֵה שִׁשָּׁה עָשָׂר *Sexdecim.*
שִׁבַּע עֶשְׂרֵה שִׁבְעָה עָשָׂר *Septendecim.*
שְׁמוֹנַת עֶשְׂרֵה שְׁמוֹנָה עָשָׂר *Octodecim.*
תִּשַׁע עֶשְׂרֵה תִּשְׁעָה עָשָׂר *Novendecim.*

*Duo illi* שְׁתַּיִם & שְׁנַיִם *cum aliis Numeris compoſiti mutant ſecunda ac tertia puncta in unum Tſere, ut* שְׁתֵּים & שְׁנַיִם: *cum aliis Nominibus aut amittunt* ם, *ut* שְׁנֵי אֲנָשִׁים *duo viri; aut nihil mutant, ut* שְׁנַיִם אֲנָשִׁים.

4. Masculina in ו moventur in ה & in ת: ut, שֵׁנִי *Secundus*, שֵׁנִיָּה & שֵׁנִית *Secunda*.

Adjectivis, quorum significatio augeri potest, accidit *Comparatio*. At ea non fit diversis gradus absoluti terminationibus, sed periphrasi, unde ex Syntaxi nostra discenda. De gradu Comparativo, vide Reg. 5. cap. 3. De Superlativo, Reg. 6.

*Casus* est specialis terminatio Nominis, sextuplex in utroque numero, Nominativus, &c. At illi non actu, sed potestate hic sunt, id est, non diversarum terminationum, sed ex structura sermonis: neq; etiam articulis aut notis certis discernuntur (ut tamen vulgò docent) sed omnino ex Syntaxi dijudicandi sunt. ל tamen communiter Dativum, אֶת Accusativum denotat: ה communis omnium casuum articulus est.

## CAP. IX. *De prima declinatione.*

FLexio Nominis dicitur *Declinatio*, quæ hic fit tantum ex nominativo singulari, in nominativum dualem aut pluralem: estque *duplex*, Prima & Secunda. In his, *Kametz, Tzere, & Sægol penultimæ syllabæ mutantur in Scheva; Sægol ultimæ syllabæ in Kametz.*

Prima declinatio est masculinorum, quæ singulari numero adjicit syllabam ים, unde ו quandoque excidit: ut,

טוֹב *Bonus*, plur. טוֹבִים.
צַדִּיק *Justus*, plur. צַדִּיקִים.
דָּבָר *Verbum*, plur. דְּבָרִים.
סֵפֶר *Liber*, plur. סְפָרִים.
מֶלֶךְ *Rex*, plur. מְלָכִים.

Quæ

*dæus*, יְהוּדִים. Quædam hujus terminationis, mutant Chirek in Kametz: ut, גְּדִי *hædus*, גְּדָיִים pro גְּדִיִים Quædam analoga sunt: ut, נָקִי *Innocens*, נְקִיִּים. A כְּלִי *Vas*, dicitur כֵּלִים.

7. Quædam habent יַ pro יִם: ut, שָׂדַי pro שָׂרִים *Agri*: Sic גּוֹבַי *Locustæ*, הָרַי *montes*.

*Dualis numerus* fit in יִם: mutatis fere vocalibus, ut in plurali: ut, יוֹם *dies*, יוֹמַיִם *duo dies*: אַף *nasus*, אַפַּיִם *nares*, שַׁד *mamma*, שָׁדַיִם.

## CAP. X. *De secunda declinatione.*

SEcunda declinatio est fœmininorum, quæ singulari adjicit syllabam וֹת, servata communi mutationis lege, ut præc. cap. dictum: ut,

אַגָּן *Crater*, אַגָּנוֹת *crateres*.

חֶרֶב *Gladius*, חַרְבוֹת.

יָתֵד *Clavus*, יְתֵדוֹת.

Cholem mutatur, ut ante; גֹּרֶן *Area*, גְּרָנוֹת

Terminationes הָ & תָ abjiciuntur: ut, צְדָקָה *justitia*, צְדָקוֹת *justitiæ*: עֲטָרָת *corona*, עֲטָרֹת *coronæ*.

Bilyllaba in ה, duplici Kametz antecedente, prius retinent: ut, צָרָה *angustia*, צָרוֹת *angustiæ*. Excipe אָמָה *Ancilla*, unde dicitur אֲמָהוֹת

Quæ sunt formæ כִּבְשָׂה, imitantur formam צְדָקָה quæ paulo ante posita: ut, כִּבְשָׂה *agna*, כִּבְשׂוֹת *agnæ*. לִשְׁכָּה Conclave, לִשְׁכוֹת.

Monosyllaba multa flectuntur per Dagesh præcedente Chirek: ut, אֵם *mater*, אִמּוֹת *matres*: פַּת *frustum*, פִּתּוֹת *frustra*. At בַּת *filia*, plur. בָּנוֹת *filiæ*.

*Dualis* hic retinet formam primæ declinationis: ut, יָרֵךְ *femur*, יְרֵכַיִם *femora*.

ה in

Quædam flectuntur in ן, ex forma Chaldaica: ut, אַחֵרִין *alii*.

*Cholem* penultimæ ſyllabæ, ſequente Sægol vel Pathach, mutatur in Scheva, קֶמֶץ *pugillus*, Plur. קְמָצִים. Cum gutturali, loco Scheva ſimplicis, adhibetur Compoſitum, ut, אֹהֶל *Tabernaculum*, אָהֳלִים. Sic, אֵמֶר *Dictum*, plur. אֳמָרִים.

*Pathach* & *Chirek* (non intercedente dageſh) contrahuntur in Tzere: ut, זַיִת *Oliva*. Plur. זֵיתִים. Variant hæc, תַּיִשׁ *hircus*, תְּיָשִׁים *hirci*: ſic חַיִל *exercitus*, חֵילִים. At בַּיִת *domus*, Plur. בָּתִּים.

*Ultimæ ſyllabæ* ſunt & aliæ affectiones.

1. *Kametz* quandoque convertitur in Pathach & dageſh: ut, אוֹפָן *rota*, אוֹפַנִּים *rotæ*.

2. *Pathach* non raro aſſumit dageſh: ut, חֲדַס *myrtus*, הֲדַסִּים. Sic in monoſyllabis, דַּף *Tabula*, דַּפִּים. At סַף *limen* facit סִפִּים, & ſic pauca alia.

3. *Tzere* communiter tranſit in Scheva: ut, עֵוֶר *cæcus*, עִוְרִים. Quædam commutant illud in Chirek & dageſh: ut, מָגֵן *clypeus*, מָגִנִּים *clypei*; חֵץ *ſagitta*, חִצִּים. At Tzere præcedente Kametz manet: ut, זָקֵן *ſenex*, זְקֵנִים *ſenes*. Monoſyllaba quædam illud etiam retinent: ut, גֵּר *peregrinus*, גֵּרִים. Excipe בֵּן *filius*, unde בָּנִים *filii*.

4. *Cholem* interdum corripitur in Kibbutz & dageſh: ut, אָדֹם *rufus*, אֲדֻמִּים. Item *Sburek*, חָרוֹל *urtica*. Plur. חֲרֻלִּים. A יוֹם *Dies* eſt יָמִים. Sic רֹאשׁ *caput*, רָאשִׁים. Et אֱנוֹשׁ *Homo*, אֲנָשִׁים.

5. Terminatio ה abjicitur, unde præcedens vocalis manet: ut, יָפֶה *pulcher*, יָפִים. Item רֵעֶה *amicus*, רֵעִים.

6. Terminatio ו communiter tollitur: ut, יְהוּדִי *Judæus*

In ן finita, item ם, sæpe accipiunt ה paragogicum ut, הֵמָּה, הֵנָּה, אַתֶּנָּה.

Defectiva sunt, quæ vel genere vel numero deficiunt.

Singularia tantum, & generis distincti,, *Demonstrativum* זֶה *Hic, Is, Iste*: זֹאת, *Hæc, Ista.* Utriusque sive communis generis, זוּ *Hic, hæc, Istæ, Ista.* Vide mox in Præfixis.

Pluralia tantùm, & utriusque generis, אֵלֶּה, אֵל, *Illi, Illæ, Illa.*

Utriusque generis & numeri, *Relativum* אֲשֶׁר *Qui, quæ, quod; qui, quæ, qua*: *Interrogativum* מִי *Quis, quæ,* de persona: מָה, מַה, מָה, *Quæ, Quod, Quid,* de re.

Conjuncta sive Inseparabilia sunt, quæ aliis vocibus adhærent: suntque vel *Præfixa* vel *Suffixa*, quæ *Affixa* vulgò vocant.

*Præfixa* duo sunt, שֶׁ & הַ, sequente dagesh post utrumque Illud est ex אֲשֶׁר *Qui, quæ, quod,* hoc ex הוּא, & nunc relativum est, *Qui, quæ, quod*; nunc demonstrativum, *Hic, hæc, hoc*, quomodo articuli usum habet ante Nomina & Pronomina tertiæ personæ: ut, הַדָּבָר *Hæc res*, הַהוּא *Ille ipse*, חַיֶּה *Hic ipse*, quod & quandoque cum epenthesi ל dicitur, הַלָּזֶה, & per apocopam הַלָּז, sic ex זוּ fit הַלָּזוּ.

*Suffixa* sive affixa sunt, quæ fini vocum adhærent & oriuntur ex integris, hoc modo.

Ex אֲנִי fit נִי *me* abl. נִי, נִי *me* acc. *meus, mea, meum*, raro *Me* acc. *mei, meæ, mea.* plural. per omnes casus.
Ex אֲנַחְנוּ fit נוּ *nobis* ablat. נוּ *noster, nos.* acc. נוּ *Nos*, accus.

ה in fine commutatur in ת: ut, שִׂפְתַי *labium*, שִׂפְתַיִם *labia*. At חֻמְתַיִם formam habet mixtam ex duali & plurali.

*Anomaliæ communes.*

1. Nomina propria, item metallorum & liquorum, sunt singularia tantum.

2 Nomina ætatum sunt pluralia tantum.

3. Pauca quædam, dualia tantum: ut, מַיִם *Aqua*, שָׁמַיִם *cælum*, & similia.

4. Quædam masculina flectuntur more fœminiporum: ut, אָב *Pater*, אָבוֹת *patres* Et contra; ut, אַלָּה *quercus*, אֵלִים *quercus*: עִיר *urbs*, עָרִים

5. Quædam utroque modo: ut, הֵיכָל *palatium*, הֵיכָלוֹת, הֵיכָלִים *palatia*.

## CAP. XI. *De Pronomine.*

PRonomina sunt secundaria quædam Nomina, & occulta quasi ipsorum cognomina, unde כִּנּוּיִם, id est, cognomina Hebræis appellantur. Sunt autem duplicia, *Separata* vel *Conjuncta*, sive Separabilia vel Inseparabilia.

Separata sunt, quæ per se dictionem separatam constituunt: suntque vel *Integra*, vel *Defectiva*.

Integra, quæ genere & numero distinguuntur: suntque tria, tres personas indicantia: ut,

| *Plural.* | | *Singul.* | | |
|---|---|---|---|---|
| *Nos* | אֲנַחְנוּ vel נַחְנוּ | *Ego* c: | אֲנִי vel וָאֲנֹכִי | 1. pers. |
| *Vos* m. | אַתֶּם | *Tu* m. | אַתָּה | 2. pers. |
| *Vos* f. | אַתֶּן | *Tu* f. | אַתְּ | |
| *Ipsi* m. | הֵם | *Ipse* m. | הוּא | 3. pers. |
| *Ipsæ* f. | הֵן | *Ipsa* f. | הִיא vel הוּא | |

Ex { אַתָּה, אַתֶּם, אַתְּ, אַתֶּן } fit { כָּךְ *Tuus*; *Tui*, plur. cum reliquis casibus. / כֶּם *Vester*: *Vos*, cum rel. cas. / כִּי.. *Tuus*: plur. כֵּי.. *tui, tuæ, tua.* / כֶּן *Vester*: *vos*, accus. }

Ex { הוּא, הֵם, הִיא, הֵן } fit { וֹ, ו, נוֹ, הוּ, וֹ *Ejus, ei, eum, eo.* / ם, ם הֶם מוֹ.. *Eorum, eis, eos.* / נָהּ, ה הָ.. *Ejus, ei, eam, ea.* / הֶן, ן הָן.. *Earum, eas, eis.* }

Hinc Dativi ex ל ab initio: לִי *mihi*, לָנוּ *nobis*: לְךָ *tibi*, לָכֶם *vobis*, לוֹ *ei*, לָהֶם *illis*. Accusativi ex אֶת sive אוֹת: ut, אוֹתִי *me*, אוֹתָנוּ *nos*, &c. Ablativi מִמֶּנִּי, *A me*, מִמְּךָ *A te*, &c.

Affixa כֶם, כֶן, הֶם, הֵן, ךָ, ךְ.., נוּ, הָ, ָהּ, quando usurpantur pluraliter, semper habent ante se י: ut, דְּבָרֵינוּ *Verba nostra.*

מוֹ est pro ם, maxime in libris Poeticis Jobo, Psalmis & Proverbiis.

Pro ךָ.. quandoque est כִּי.

## CAP. XII. *De Verbo.*

SIc *fuit Nomen & Pronomen: sequitur Verbum cum Participio.*

Verbum est vox flexilis cum *tempore* & *persona.*

*Numeri* hic tantum sunt singularis & pluralis.

*Genera* eadem, quæ in Nominibus, quorum distinctio in personis patebit.

TEMPUS est *finitum* aut *infinitum.*

*Finitum* est aut *Præteritum* vel *Futurum*: nam *Præsens* proprium Hebræi nullum habent. Efferunt autem illud partim per utrumque Participium; partim per Præ-

## *Exemplum Pronominis Poſſeſſivi, ſeu Derivativi.*

| *Tertiæ perſonæ fœmin. gener.* | *Tertiæ perſonæ maſcul. gener.* | *Secundæ perſonæ fœ. gener.* | *Secundæ perſonæ maſcul. gener.* | *Primæ perſonæ comm. generis.* |
|---|---|---|---|---|
| *Verbum ejus.* דְּבָרָהּ | *Verbum ejus.* דְּבָרוֹ | *Verbum tuum.* דְּבָרֵךְ | *Verbum tuum.* דְּבָרְךָ | *Verbum meum.* דְּבָרִי |
| *Verba ejus.* דְּבָרֶיהָ | *Verba ejus.* דְּבָרָיו | *Verba tua.* דְּבָרַיִךְ | *Verba tua.* דְּבָרֶיךָ | *Verba mea.* דְּבָרַי |
| *Verbum earum.* דְּבָרָן | *Verborum eorum.* דְּבָרָם | *Verbum veſtrum.* דְּבַרְכֶּן | *Verbum veſtrum.* דְּבַרְכֶם | *Verbum noſtrum.* דְּבָרֵנוּ |
| *Verba earum.* דְּבָרֵיהֶן | *Verba eorum.* דְּבָרֵיהֶם | *Verba veſtra.* דְּבָרֵיכֶן | *Verba veſtra.* דְּבָרֵיכֶם | *Verba noſtra.* דְּבָרֵינוּ |

| blativus. | Accuſativus. | Dativus. | Genitivus. | Nom. Sing. |
|---|---|---|---|---|
| com. gen. מִנִּי & מִמֶּנִּי | *Me* comm. gen. אוֹתִי | *Mihi* com. ge. לִי | *Mei* co. gen. שֶׁלִּי | *Ego* com. gen. אֲנִי & אָנֹכִי |
| e m. gen. מִמְּךָ | *Te* m. gen. אוֹתְךָ | *Tibi* m. gen. לְךָ | *Tui* m. gen. שֶׁלְּךָ | *Tu* maſ. gen. אַתָּה |
| e f. gen. מִמֵּךְ | *Te* f. gen. אוֹתָךְ | *Tibi* f. gen. לָךְ | *Tui* f. gen. שֶׁלָּךְ | *Tu* fœm. gen. אַתְּ |
| llo m. g. מִמֶּנּוּ & מִמֹּנּוּ | *Illum* m. gen. אוֹתוֹ | *Illi* m. gen. לוֹ | *Illius* m. ge. שֶׁלּוֹ | *Ille* maſ. gen. הוּא |
| lâ f. gen. מִמֶּנָּה | *Illam* f. g. אוֹתָהּ | *Illi* f. gen. לָהּ | *Illius* f. gen. שֶׁלָּהּ | *Illa* fœm. gen. הִיא |
| | | | | *Nominat. Plur.* |
| s com. gen. מִמֶּנּוּ | *Nos* com. gen. אוֹתָנוּ | *Nobis* comm. gen. לָנוּ | *Noſtrûm* com. ge. שֶׁלָּנוּ | *Nos* com. gen. אֲנַחְנוּ & נַחְנוּ |
| s m. gen. מִכֶּם & מִמְּכֶם | *Vos* maſ. gen. אֶתְכֶם | *Vobis* m. gen. לָכֶם | *Veſtrûm* m. g. שֶׁלָּכֶם | *Vos* maſ. gen. אַתֶּם |
| is f. gen. מִכֶּן & מִמְּכֶן | *Vos* f. gen. אֶתְכֶן | *Vobis* f. gen. לָכֶן | *Veſtrûm* f. g. שֶׁלָּכֶן | *Vos* fœm. gen. אַתֶּן |
| s m. gen. מֵהֶם | *Illos* maſ. gen. אוֹתָם & אֶתְהֶם | *Illis* m. gen. לָהֶם & לָמוֹ | *Illorum* m. g. שֶׁלָּהֶם | *Illi* maſ. gen. הֵם |
| s f. gen. מֵהֶן | *Illas* f. gen. אוֹתָן & אֶתְהֶן | *Illis* f. gen. לָהֶן | *Illarum* f. g. שֶׁלָּהֶן | *Illæ* fœm. gen. הֵן |

Præteritum & Futurum, in generalibus ſententiis, cùm ſignificatur, non quod fuit, aut futurum eſt, ſed quod continuè eſt, fit aut fieri debet.

Præteritum unicum pro omnibus: ut, פָּקַד *Viſitabat, viſitavit, viſitaverat, viſitaviſſet.*

Hinc oritur participium duplex, *Præſens*, quod *Benoni* vocant: ut, פֹּקֵד *Viſitans*: *Præteritum*, quod *Pahul* dicunt: ut, פָּקוּד *Viſitatus*, *Qui viſitatur*. Hæc, ut in aliis linguis, flexionem Nominum imitantur, & Præſentis Indicativi uſum etiam præbent. Fœminina ſingulare indifferenter fere in ה acutum vel ת penacutum, duplici Sægol aut Pathach antecedente, deſinit: ut, פֹּקֶדֶת vel פֹּקֶדֶת *Viſitans illa.*

Futurum duplex eſt: *Primum* & *Secundum.*

*Primum*, quod ab imperando, tanquam communiori ejus uſu. צַוּוּי *Tziffui*, *Imperativum* vocant: ut פְּקוֹד *Viſita, viſitato*, *Secundum* in ſpecie *Futurum* appellatur: ut, אֶפְקוֹד *Viſitabo.*

*Infinitum* tempus, vulgò dicitur *Infinitivus modus*, Hebræis *Makor* quaſi *Fons*, quòd inde ſignificatio in reliqua diſtincta tempora ceu rivulos certos deriveturt: ut, פְּקוֹד פָּקוֹד vel פָּקֹד *Viſitare.* Exprimuntur etiam eo gerundia, maximè præfixis literis בכלם quas *Bachlam* vocant.

PERSONA eſt ſpecialis terminatio Verbi; eſtque triplex; *Prima*, *Secunda*, *Tertia*, quæ certo genere ferè diſtinguuntur.

*Præteriti*, tertia pluralis, & prima quælibet, ſunt generis communis.

Tertia maſculina in Præterito præcedit, quia ejus forma eſt ſimpliciſſima, purum thema continens: ut, פָּקַד *Viſitavit ille.* Hinc tertia fœminina in ה : ut,

פָּקְדָה *visitavit illa*, ubi ה repræſentat Pronomen הִיא *illa*, & tertia pluralis in וּ, ut, פָּקְדוּ *viſitarunt.*

Secunda maſc. ſing. in תָּ quaſi ex אַתָּה *Tu*: ut, פָּקַדְתָּ *Viſitaſti tu vir*: fœmin. in תְּ ex אַתְּ: ut, פָּקַדְתְּ *Viſitaſti tu fœmina.* Secunda pluralis maſc. in תֶּם ex אַתֶּם *Vos*: ut, פְּקַדְתֶּם *Viſitaſtis vos viri*: fœmin. in תֶּן ex אַתֶּן *Vos fœminæ*: ut, פְּקַדְתֶּן *Viſitaſtis vos fœminæ.*

Prima ſingul. in תִּי ex אֲנִי *Ego*, litera ת per epentheſin adſcita, aut uſurpata loco נ, ne fieret confuſio hujus ſyllabæ formativæ cum Pronomine inſeparabili נִי: ut, פָּקַדְתִּי *Viſitavi*: Pluralis in נוּ ex אֲנַחְנוּ *Nos*: ut, פָּקַדְנוּ *Viſitavimus nos.*

*Imperativus* ſola ſecunda conſtat, genere & numero diſtincta: ut, פְּקֹד vel פְּקֹד *Viſita tu vir.* Inde pluralis maſculina in Shurek, פִּקְדוּ *Viſitate vos viri.* Fœminina ſingularis in ִי quaſi ex forma Pronominis אַתְּי: ut, פִּקְדִי *Viſita tu fœmina.* Pluralis fœmin. in נָה quaſi ex אַתֶּנָה *Vos fœm.* ut, פְּקֹדְנָה *Viſitate vos fœm.*

*Futurum* formatur à vocibus Imperativi, quibus præponit literas quatuor אתין (vulgò אֵיתָן *Ethan* eas vocant, memoriæ cauſa) generum ac perſonarum formativas.

Prima ſingul. אֶפְקֹד *Viſitabo*, ex א quod ex אֲנִי *Ego*: Pluralis, נִפְקֹד *Viſitabimus*, ex נ quod ex אֲנַחְנוּ *Nos.*

Secunda ſing. maſc. תִּפְקֹד *Viſitabis*, ex ת quod ex אַתָּה *Tu*: ſic plural. תִּפְקְדוּ *Viſitabitis* Secunda ſing. fœm. תִּפְקְדִי *Viſitabis tu fœm.* ex ת quod ex אַתְּ: aut ת eſt utriuſque ſecundæ index, & genus per י indicatur, ut in Imperativo. Secunda plur. fœm. תִּפְקֹדְנָה *Viſitabitis vos.* ut in Imp.

Tertia ſing. maſc. יִפְקֹד *Viſitabit*, ex י vicario הוּ

ex

Prima Conjugatio vulgò appellatur Kàl, i. e. *Levis*, quòd ſit forma ſ
quoq; in formâ tertiæ perſonæ Præteriti ſing. (in quâ & cæteræ Con
atim utraque Participia ſua ſortiuntur nomina Poël & Pâûl, qui
lent, ſumptâ denominatione à potiori parte, quòd ſc. pleraque Verba
Binjan, i.e. *Structura*, in Plurali Binjanim, *Structuræ* ſeu *Conjugationes*,
libus certas quaſdam Literas ſive Notas Characteriſticas quibus ſingu
aliqua agẽdi aut patiẽdi diverſitas ſignificatur. Et harũ Analogiã Verb

*Paradigma Conjugationum, M*

| 7. הִתְפַּעֵל Hithpaël. | 6. הָפְעַל Hoph'ál | 5. הִפְעִיל Hiph'il | 4. פֻּעַל Puàl. | 3. פִּעֵל Piél. |
|---|---|---|---|---|
| הִתְפַּקֵּד *Viſitavit ſeipſum.* | הָפְקַד *Præfectus eſt ad viſitandum.* | הִפְקִיד *Præfecit ad viſitandum.* | פֻּקַּד *Diligenter viſitatus eſt.* | פִּקֵּד *Diligenter viſitavit.* |
| מִתְפַּקֵּד *Viſitans ſe ipſum.* | מֻפְקָד *Præfectus ad viſitandum.* | מַפְקִיד *Præficiens ad viſitandum.* | מְפֻקָּד *Diligenter viſitatus.* | מְפַקֵּד *Diligenter viſitans.* |
| *Caret.* | מֻפְקָד *Præfectus ad viſitandum.* | *Caret.* | מְפֻקָּד *Diligenter viſitatus.* | *Caret.* |
| הִתְפַּקֵּד *Viſitare ſeipſum.* | הֻפְקָד *Præfici ad viſitandum.* | הַפְקִיד vel הַפְקֵד *Præficere ad viſitandum.* | פֻּקֹּד *Diligenter viſitari.* | פַּקֵּד *Diligenter viſitare.* |
| הִתְפַּקֵּד *Viſita teipſum.* | *Caret.* | הַפְקִיד vel הַפְקֵד *Præfice ad viſitandum.* | *Caret.* | פַּקֵּד *Diligenter viſita.* |
| אֶתְפַּקֵּד *Viſitabo meipſum.* | אֻפְקָד *Præficiar ad viſitandum.* | אַפְקִיד *Præficiam ad viſitandum.* | אֲפֻקַּד *Diligenter viſitabor.* | אֲפַקֵּד *Diligenter viſitabo.* |

rma ſimpliciſſima, literis ſervilibus minimè gravata. Vocatur Conjugationes omnes,) Paàl, i.e. *Egit, Operatus eſt.* Et hinc ſpeciil, quibus tamen in genere Verba Activa & Paſſiva denotari ſoerba aliquid *agere* aut *pati* ſignificent. Conjugatio dicitur בִּנְיָן *iones*, quæ quidem formantur à primâ, addendo vocibus Radicaſingulæ à ſe invicèm diſtinguntur; quâ item Formæ diverſitate, Verba Perfecta omnia, & quodãmodo etiã Imperfecta, imitãtur.

*, Modorum, ac Temporum.*

| 3. פָּעֵל iél. | 2. נִפְעַל Niph'ál. | 1. seu קַל פָּעַל Kal, ſeu Paàl. | Nomina Conjugationum. | Nomina Modorum ac Temporum. |
|---|---|---|---|---|
| פָּקַד enter avit. | נִפְקַד *Viſitatus eſt.* | פָּקַד *Viſitavit.* | | עָבַר Avàr, i.e. *Præteritum*: eſtque unicum; quod tamen reliquas Præteriti Species includit. |
| מְפַ enter ns. | נִפְקָד *Viſitatus.* | פּוֹקֵד *Viſitans.* | | בֵּינוֹנִי Benoni, i.e. *Intermedium*, ſc. reſpectu ſignif. inter Nomen & Verbum. Vocatur quoq; פּוֹעֵל Poèl, i. e. *Agens, operans*: eſt ſc. Particip. Præſens ſeu Activum. |
| et. | *Caret.* | פָּקוּד *Viſitatus.* | | פָּעוּל Paûl, i. e. *Actum, operatum*: eſt ſc. Particip. Præteritũ ſeu Paſſivum. |
| enter e. | הִפָּקֵד *Viſitari.* | פָּקֹד vel פְּקֹד *Viſitare.* | | מְקוֹר Makôr, i. e. *Fons*: eſt ſc. Infinitivus. |
| enter | הִפָּקֵד *Viſitare.* | פְּקוֹד vel פָּקוֹד פְּקֹד *Viſita.* | | צַוּי Tſivvûi, i. e. *Imperativus.* |
| nter 0. | אֶפָּקֵד *Viſitabor* | אֶפְקוֹד vel אֶפְקֹד *Viſitabo.* | | עָתִיד Athîd, i. e. *Futurum.* |

ex הוּא *Ille*: plur. יִפְקְדוּ *visitabant illi*: tertia fœm. singul. תִּפְקֹד *visitabit illa*, ex ת vicario הוּא ex הִיא *illa*. Forma cum secunda singulari masc. eadem, sed formatio diversa, ac appositum Nomen masc. vel fœm. semper personas distinguit. Tertia fœm. plur. תִּפְקֹדְנָה *visitabunt illæ*. Sic secunda & tertia pluralis fœminiæ eadem voce exprimuntur, ob diversum formationis principium: nam syllaba formativa נָה hic potest esse ex הֵנָּה *istæ*, vel ex אַתֶּנָּה *vos*.

ו Vau cum Scheva præterito præfixum illud sæpe in Futurum; & cum Pathach sequente Dagesh, Futurum in Præteritum convertit.

Præteriti & Futuri voces in ו & י finitæ crebrò accipiunt ן paragogicum: ut, יָדְעוּן *cognoverunt*, &c. Secunda sing. masc. Præteriti & Imperativi, ac prima persona Futuri utriusque numeri, item Infinitivus, amant ה paragogicum præcedente Kametz: ut, פָּקַדְתָּה *visitasti*, &c.

Hæc generalis Personarum & Temporum formatio, ad singulas Verborum species & conjugationes deinceps applicanda.

## CAP. XIII.

### *De Conjugationibus Verborum, & earum prima Kal & Niphal.*

FLexio Verbi secundum tempora & personas dicitur *Conjugatio*: estque quadruplex, quarum tres priores duplicem habent formam, Activam & Passivam. Quarta, simplex & uniformis est. Intransitiva autem Verbi formam passivam non admittunt.

| Futurum. | Sing. | Futurum. | Sing. |
|---|---|---|---|
| *fæm.* | *maſc.* | *fæm.* | *maſc.* |
| *com.* | אֶפְקֹד 1. | *com.* אֶפְקַד *vel* | אֶפְקוֹד 1. |
| תִּפְקְדִי | תִּפְקֹד 2. | אֶפְקְדִי | תִּפְקוֹד 2. |
| תִּפְקֹד | יִפְקֹד 3. | תִּפְקֹד | יִפְקוֹד 3. |
| Plural. | | Plural. | |
| | נִפְקֹד 1. | *com.* | נִפְקוֹד 1. |
| תִּפְקֹדְנָה | תִּפְקְדוּ 2. | תִּפְקֹדְנָה | תִּפְקְדוּ 2. |
| | יִפְקְדוּ 3. | | יִפְקְדוּ 3. |

*Notæ ad Kal.*

Præteritum. פָּקַד *Deſinunt etiam in Tzere & in Cholem. Illa imitantur formam communem* פָּקַד: *ut*, חָפֵץ חָפְצָה voluit, חָפַצְתָּ voluiſti. *Cholem manet, præterquam in tertiis perſonis: ut*, יָכוֹל יָכְלָה, Potuit, יָכוֹלְתָּ potuiſti. פָּקַדְתָּ) *Cum* ה *paragogico*, בָּגַדְתָּה Prævaricatus es, *Mal.* 2. 14. *Quæ in* ת *deſinunt, illud ante aliud* ת *ſemper abjiciunt, ſubſtituto dageſh: ut*, כָּרַת ſuccidit, כָּרַתְתָּ ſuccidiſti. *Sic & Verbum* נָתַן *ante* ת, *ultimum* נ *abjicit: ut*, נָתַתָּ dediſti, נְתַתֶּם dediſtis: פָּקַדְתָּ) *Sub tertia gutturali* ח *vel* ע, *pro priori Scheva eſt Pathach: ut*, לָקַחְתָּ Accepiſti, 1. *Reg.* 14. 3. פָּקַדְנוּ) *Tertia radicalis* נ *ante aliud* נ *abjicitur, & per Dageſh compenſatur: ut*, נָתַנּוּ dedimus, *pro* נָתַנְנוּ.

Participium. פֹּקֵד) *Sæpiuſcule reperitur cum* י *paragogico: ut*, אֹסְרִי Ligans, *Gen.* 49. 11. פּוֹקְדָה) *Fœmininum in* ת *uſitatius eſt: ut*, נֹפֶלֶת Cadens, *Gen.* 15. 12. בֹּרַחַת Fugiens, *Gen.* 16. 8. *Eſt & alia forma Participii uſitata* אֹבֵל אֲבֵלִים Lugens, *&c.*

Infinitum. פָּקוֹד) *Cum* ה *paragogico, Cholem muta-*

Prima conjugatio in forma activa dicitur vulgo קַל *Kal*; in forma passiva נִפְעַל *Niphal*.

### Præter. Kal.

Sing.

| *fœm.* | *masc.* | |
|---|---|---|
| פָּקְדָה | פָּקַד | 3 |
| פָּקַדְתְּ | פָּקַדְתָּ | 2 |
| com. | פָּקַדְתִּי | 1. |

Plural.

| *com.* | | |
|---|---|---|
| פָּקְדוּ | | 3. |
| פְּקַדְתֶּן | פְּקַדְתֶּם | 2. |
| *com.* | פָּקַדְנוּ | 1. |

### Partic. præf. Benoni.

| *plur.* | *sing.* | |
|---|---|---|
| פְּקֻדִים | פָּקֻד | *m.* |
| פְּקֻדוֹת | *vel* פְּקוּדָה | *f.* |
| | פָּקוּד | |

### Partic. præter. Pahul.

| *plur.* | *sing.* | |
|---|---|---|
| פְּקוּדִים | פָּקוּד | *m.* |
| פְּקוּדוֹת | פְּקוּדָה | *f.* |

### Infinitivus.

פָּקוֹד *vel* פְּקוֹד פָּקֹד

### Imperativus.

| *plur.* | *sing.* | |
|---|---|---|
| פָּקְדוּ | פָּקֹד פְּקֹד *vel* פְּקוֹד | *m.* |
| פְּקֹדְנָה | פִּקְדִי | *f.* |

### Præter. Niphal.

Sing.

| *fœm.* | *masc.* | |
|---|---|---|
| נִפְקְדָה | נִפְקַד | 3 |
| נִפְקַדְתְּ | נִפְקַדְתָּ | 2 |
| com. | נִפְקַדְתִּי | 1 |

Plural.

| *com.* | | |
|---|---|---|
| נִפְקְדוּ | | 3 |
| נִפְקַדְתֶּן | נִפְקַדְתֶּם | 2. |
| *com.* | נִפְקַדְנוּ | 1. |

### Partic. præsens.

| *plur.* | *sing.* | |
|---|---|---|
| נִפְקָדִים | נִפְקָד | *m.* |
| נִפְקָדוֹת | *vel* נִפְקֶדֶת | *f.* |
| | נִפְקֶדֶת | |

### Infinitivus.

הִפָּקֵד

### Imperativus.

| *plur.* | *sing.* | |
|---|---|---|
| הִפָּקְדוּ | הִפָּקֵד | *m.* |
| הִפָּקֹדְנָה | הִפָּקְדִי | *f.* |

Futu-

*Futuro. Et omnino Characteriſtica Temporis excludit characteriſticam conjugationis Pauca quædam Characteriſticum Nun ſervant, ac deſinunt in Cholem ex forma Kal: ut,* נִבְסַף Deſiderando, *Gen.* 31. 20.

Imper. הִפָּקֵד ) *Prima gutturali, ſub* ה *eſt Tzere ad compenſationem ejecti Dageſh: ut,* הֵאָסֵף Aggregari, *Deut.* 32. 50 *Sic in futuro.*

Futurum תִּפָּקֵדְנָה) *Pro Tzere ſæpius eſt Pathach: ut,* תֵּאָכַלְנָה Comedentur, *Jer.* 24 2.

## CHAP. XIV.

### *De Conjugatione ſecunda Pihel, & ejus paſſiva Pyhal.*

COnjugatio ſecunda eſt, cujus Character eſt Dageſh forte in ſecunda radicali, & in activa forma dicitur *Pihel*, in paſſiva *Pyhal*, quam vocalis Kibbutz potiſſimùm ab activa diſcernit. Dageſh tamen ex litera Schevata non rarò excidit: aliàs per vocalem longam fere compenſatur, quandoque non.

| Præter. Pyhal. *Sing.* | | | Præter. Pihel. *Sing.* | | |
|---|---|---|---|---|---|
| *fœm.* | *maſc.* | | *fœm.* | *maſc.* | |
| פֻּקְדָה | פֻּקַד | 3. | פִּקְּדָה | פִּקֵּד | 3. |
| פֻּקַדְתְּ | פֻּקַדְתָּ | 2. | פִּקַּדְתְּ | פִּקַּדְתָּ | 2. |
| *com.* | פֻּקַדְתִּי | 1. | *com.* | פִּקַּדְתִּי | 1. |
| *Plur.* | | | *Plur.* | | |
| *com.* | פֻּקְדוּ | 3. | *com.* | פִּקְּדוּ | 3. |
| פֻּקַדְתֶּן | פֻּקַדְתֶּם | 2. | פִּקַּדְתֶּן | פִּקַּדְתֶּם | 2. |
| *com.* | פֻּקַדְנוּ | 1. | *com.* | פִּקַּדְנוּ | 1. |

Partic.

*tur in Kametz-chatuph, & transfertur ad primam radicalem; & hujus Scheva ad secundam;* ut, לְמַשְׁחָה Ad ungendum, *Exod.* 29. 29. *Ex Terminatione Pathach id mutatur in Scheva, unde præcedens Scheva transit in Chirek:* לְרִבְעָה. Ad ineundum, *Lev.* 20. 16.

Imperat. פְּקוֹד) *Cum* ה *paragogico, ut in Infinitivo:* שִׁמְרָה Custodi, *Psal.* 25. 20. שִׁכְבָה Concumbe, *Gen.* 39. 12 פִּקְדוּ פִּקְדוּ) *Cholem ex singulari masc. corripitur in Scheva, quod literæ* ק *subjicitur, inde prius Scheva transit in Chirek.*

Futurum אֶשְׁמוֹר) *Literæ formativæ proprie cum Scheva notantur, id autem propter sequens Scheva, convertitur in Chirek, & sub gutturali* א *in Sægol, juxta communem doctrinam cap.* 4. *propositam.* [illegible] *paragogico Cholem & Pathach mutantur in Scheva:* ut, אֶשְׁמְרָה Custodiam. *Psal.* 39. 2. *Sic in prima plurali. Syncopæ est in* תִּשְׁכְּנָה Habitabunt, *Ezech.* 17. 23. *ut in Præterito plurali.*

*Ex incipientibus ab* א, *quædam habent illud quiescens in Cholem, expresse vel occulte, ac sæpe præterea in Tzere desinunt:* ut, אֹכַל תֹּאכַל Comedam, comedes: תִּקַּח recipies, *Psal.* 104. 29. *Hoc Tzere corripitur in Sægol, si accentus ad penultimam sit retractus, ut supra cap.* 5. *dictum:* ut, וַיֹּאמֶר & dixit, *Gen.* 1. 6. *Hæc verba vulgò* Quiescentia Pe Aleph, *id est, prima radicali* א *appellantur. Sed specialem, non generalem habent anomaliam.*

## *Ad Niphal.*

Infinitivus הִפָּקֵד) *Propria hic & in Imperativo est formativa litera* ה, *cujus causa characteristica conjugationis abjicitur, ne duæ formativæ concurrant. Idem fit in Fu-*

*bis quadratis*; מְבַרְבֵּר *Saltans*, 2. Sam. 6. 14. מְבַלְכֵּל *Sustinens*, Malach. 3. 2.

Infinit. פָּקֹד) *ablato accentu corripitur Tzere in Sægol. ut*, וְדַבֵּר־אָוֶן & loqui vanitatem, *Jesa.* 58. 9. *Cum* ה *paragogico, mutatur Tzere in Scheva: ut*, זַמְּרָה psallere, *Psal.* 147. 1. *Ejecto Dagesh*, הָרֵס destruendo, *Exod.* 24. 23. *Sic in Imperativo & Futuro.*

*Ad Pyhal.*

Præter. פֻּקַּד) *ejecto Dagesh, propter gutturalem vel Resh, loco Kybbutz est Cholem*: ut, הֹרַג occisus fuit, *Jesa.* 27. 7. *Verbum quatuor literarum*, אֻמְלַל elanguit, *Hos.* 4. 3.

Partic. præsens.) *Rarissime usurpatur.*

Partic. præter.) *ejecto Dagesh*, מְבֹרָךְ Benedictum, *Psal.* 113. 2. *Sic in Futuro.*

## CAP. XV.

### De *Conjugatione Hiphil & ejus Passiva Hophal.*

TErtia Conjugatio est, cujus Character est litera ה themati in utraque forma præfixa, in activa forma cum Chirek, & dicitur *Hiphil*: ut, הִפְקִיד *Visitare fecit*, id est, *Præfecit*, *Præposuit ad visitandum alios*: in passiva forma cum Kametzchatuph, & dicitur *Hophal*: ut, הָפְקַד *visitatus fuit.* Significatio in forma activa est vel intensior, ex activis superiorum conjugationum nata, vel simplex, à Verbis neutris deducta. Chirek longum hic sæpe defective scribitur ' abjecto.

Præ-

Partic. præſens Ben.

| *plur.* | *ſing.* | |
|---|---|---|
| פְּקֻדִים | פָּקֵד | *m.* |
| פְּקֻדוֹת | פְּקֻדָה | *f.* |

Partic. præt. Pahul.

| | | |
|---|---|---|
| מְפֻקָּדִים | מְפֻקָּד | *m.* |
| מְפֻקָּדוֹת / מְפֻקְּדוֹת | מְפֻקָּדָה vel מְפֻקְּדָה | *f.* |

Infinit.

פְּקוֹר

*Imperat. caret.*

Futurum.

Sing.

| *fœm.* | *maſc.* | |
|---|---|---|
| *com.* | אֶפְקֹד | 1. |
| תִּפְקְדִי | תִּפְקֹד | 2 |
| תִּפְקֹד | יִפְקֹד | 3. |

Plur.

| *com.* | | |
|---|---|---|
| | נִפְקֹד | 1. |
| תִּפְקֹדְנָה | תִּפְקְדוּ | 2. |
| | יִפְקְדוּ | 3 |

Partic. præſens Ben.

| *plur.* | *ſing.* | |
|---|---|---|
| מְפַקְּדִים | מְפַקֵּד | *m.* |
| מְפַקְּדוֹת / מְפַקְּדוֹת | מְפַקֶּדֶת vel מְפַקְּדָה | *f.* |

Infinit.

פַּקֵּד

Imperat.

| *plur.* | *ſing.* | |
|---|---|---|
| פִּקְדוּ | פַּקֵּד | *m.* |
| פִּקְדְנָה | פִּקְדִי | *f.* |

Futurum.

Sing.

| *fœm.* | *maſc.* | |
|---|---|---|
| *com.* | אֲפַקֵּד | 1. |
| תְּפַקְּדִי | תְּפַקֵּד | 2. |
| תְּפַקֵּד | יְפַקֵּד | 3. |

Plur.

| *com.* | | |
|---|---|---|
| | נְפַקֵּד | 1. |
| תְּפַקֵּדְנָה | תְּפַקְּדוּ | 2. |
| | יְפַקְּדוּ | 3. |

*Notæ ad Pibel.*

Præter. פִּקֵּד) *Et in Pathach* אִבֵּד perdidit, 2. *Reg.* 21. 3. *Dageſh excidens per Tzere fere compenſatur: ut,* בֵּרֵךְ Benedixit. *Ad hanc conjugationem etiam pertinent Verba quædam quatuor literarum: ut,* קִלְקֵל terſit, *Ezech.* 21. 21. קִלְקַלְתָּ. *Quædam item pauca, quæ loco Dageſh habent Cholem: ut,* זוֹרֵם, לוֹשֵׁט, שׁוֹפֵט, שׁוֹרֵשׁ *Tria ſæpius in Sægol deſinunt,* דִּבֵּר, כִּבֵּס, כִּפֵּר.

Partic. מְפַקֵּד) *excidente Dageſh, loco Pathach eſt Kametz: ut,* מְבָרֵךְ benedicens, *Proverb.* 27. 14. *Ex verbis*

*Notæ ad Hiphil.*

Præter. הִפְקִיד ) *Prima gutturali,* ה *eſt cum Sægol: ut,* הֶאֱמִין Credidit, הֶעְלִים Abſcondit. הִפְקַדְתָּ) *Tertia radicalis* ת *ſyncopen patitur; ut,* הִשְׁבַּתָּ Ceſſare feciſti, *pro* הִשְׁאַבְתָּ. *Vide ſupra ad præt. Kal.*

Partic. מַפְקִיד ה *characteriſticum conjugationis elidi-tur per characteriſticam temporis, ut ſupra ad Infinitivum Niphal; ut,* מַפְקִיד *pro* מְהַפְקִיד. *Item in Futuro.*

Infin. הַפְקִיד ) ה *cum Pathach ad differentiam præteriti. Terminatio Chirek rarior; frequens in Tzere. At cum ſervilibus* בלמ, *ſemper eſt in Chirek.*

Imper. הַפְקֵד ) *Cum* ה *paragogico ſemper eſt Chirek in penultima: ut,* הַפְקִידָה.

Futurum אַפְקִיד ) *Et in Tzere, ut in Inf. & Imp. Ex incipientibus ab* א, *pauca quædam illud amittunt: ut,* אָזִין *pro* אַאֲזִין Auſcultabo, אֹסִיף Colligam, *pro* אַאֲסִיף: *ſic* יָהֵל Tentorium figet, *Jeſ.* 13. 20, *pro* יַאֲהִיל.

*Ad Hophal.*

Præter. הָפְקַד ) *Forma paſſiva per Kametz-chatuph potiſſimum ab activa diſcernitur. Euphoniæ tamen cauſa ſæpe pro eo eſt Kibbutz: ut,* הָשְׁלַךְ Projectus fuit. *Prima gutturalis habet Chateph-kametz loco Scheva: ut,* הָחְרְבָה Vaſtata eſt, *Ezech.* 26. 2. *& ſic in aliis temporibus.*

## CAP. XVI. *De Conjugatione Hithpahel.*

COnjugatio quarta eſt, cujus character eſt ſyllaba הִתְ themati præfixa. Thema autem ipſum effertur cum Pathach & Tzere, & habet Dageſh in media radicali, quaſi ex Infinito Pihel deductum: ut, הִתְפַּקֵּד *Seipſum præfecit ad viſitandum vel recenſendum, Recenſitus fuit.* Dageſh hic ſe habet ut in pihel, Significatio cõmuniter eſt reciproca: quandoq; frequentitiva: ut, הִתְהַלֵּךְ *Iravit.*

Quæ-

### Præter. Hophal.

| | *fœm.* *Sing.* | *masc.* |
|---|---|---|
| 3. | הָפְקְדָה | הָפְקַד |
| 2. | הָפְקַדְתְּ | הָפְקַדְתָּ |
| 1. | הָפְקַדְתִּי | |

*Plur.*

| | | |
|---|---|---|
| 3. | הָפְקְדוּ | |
| 2. | הָפְקַדְתֶּם | הָפְקַדְתֶּן |
| 1. | הָפְקַדְנוּ | |

### Part. Præt. sive Pahul.

| *Plur.* | *Sing.* | |
|---|---|---|
| מְפֻקָּדִים | מְפֻקָּד | *m.* |
| מְפֻקָּדוֹת *vel* מְפֻקָּדֹת | מְפֻקָּדָה *vel* מְפֻקֶּדֶת | *f.* |

### Infinit.

הָפְקֵד

*Imper. caret.*

### Futurum.

*Sing.*

| *com.* | |
|---|---|
| אֶפָּקֵד | 1. |
| תִּפָּקֵד | 2. |
| תִּפָּקְדִי | |
| יִפָּקֵד | 3. |

*Plur.*

| | |
|---|---|
| נִפָּקֵד | 1. |
| תִּפָּקְדוּ | 2. |
| יִפָּקְדוּ *vel* תִּפָּקַדְנָה | 3. |

### Præter. Hiphil.

| | *fœm* *Sing.* | *sing.* |
|---|---|---|
| 3. | הִפְקִידָה | הִפְקִיד |
| 2. | הִפְקַדְתְּ | הִפְקַדְתָּ |
| 1. | הִפְקַדְתִּי | |

*Plur.*

| | | |
|---|---|---|
| 3. | הִפְקִידוּ | |
| 2. | הִפְקַדְתֶּם | הִפְקַדְתֶּן |
| 1. | הִפְקַדְנוּ | |

### Partic. præsens.

| *plur.* | *sing.* | |
|---|---|---|
| מַפְקִידִים | מַפְקִיד | *m.* |
| מַפְקִידוֹת *vel* מַפְקִדוֹת | מַפְקִידָה *vel* מַפְקִדָה | *f.* |

### Infinit.

הַפְקִיד *vel* הַפְקֵד

### Imperat.

| *Plur.* | *Sing.* | |
|---|---|---|
| הַפְקִידוּ | הַפְקֵד | *m.* |
| הַפְקֵדְנָה | הַפְקִידִי | *f.* |

### Futurum.

*Sing.*

| *com.* | |
|---|---|
| אַפְקִיד | 1. |
| תַּפְקִיד | 2. |
| תַּפְקִידִי | |
| יַפְקִיד | 3. |

*Plur.*

| | |
|---|---|
| נַפְקִיד | 1. |
| תַּפְקִידוּ | 2. |
| יַפְקִידוּ *vel* תַּפְקֵדְנָה | 3. |

Imperat.

| *plur.* | *sing.* | |
|---|---|---|
| הִתְפַּקְּדוּ | הִתְפַּקֵּד | *m.* |
| הִתְפַּקֵּדְנָה | הִתְפַּקְּדִי | *f.* |

Futurum.

| *fœm.* | *masc.* | |
|---|---|---|
| | אֶתְפַּקֵּד | 1. |
| תִּתְפַּקְּדִי | תִּתְפַּקֵּד | 2. |
| תִּתְפַּקֵּד | יִתְפַּקֵּד | 3. |

Plural.

| | |
|---|---|
| נִתְפַּקֵּד | 1. |
| תִּתְפַּקְּדוּ | 2. |
| יִתְפַּקְּדוּ | 3. |
| תִּתְפַּקֵּדְנָה | |

*Notæ.*

Præterit. הִתְפַּקֵּד) *Ejecto Dageſh, Pathach mutatur in Kametz;* הִתְבָּרֵךְ Benedicat ſibi, Deut. 29. 19. *Sæpe & in Pathach deſinunt:* ut, הִתְחַזֵּק Roboravit ſe, 2. Paralip. 13. 7. *Formam ex Niphal & Hithpahel mixtam habet* וְנִכַּפֶּר Expiabitur, Deut. 21. 8. הִתְפַּקְּדוּ) *Hinc ſunt ex Verbis quatuor literarum,* הִתְמַהְמְהוּ Cunctantur, הִתְגּוֹלָלוּ Devolvunt ſe.

Particip. מִתְפַּקֵּד) *Cum literæ* ר *ſyncopa,* מִטַּהֵר Mundans ſe, Levit. 14. 7. *pro* מִתְטַהֵר. *Ex Verbis quatuor literarum,* מִתְמַהְמֵהַּ, Cunctans, 2. Sam. 15. 28.

Infinit. הִתְפַּקֵּד) *Dageſh excidente,* לְהִתְפָּאֵר Ad gloriandum, Jeſa. 60. 21.

Imperat. הִתְפַּקֵּד) *Et in Pathach, ut in Præterito,* הִתְחַזֵּק Robora te, 1. Reg. 20. 22.

Futurum אֶתְפַּקֵּד) *Et in Pathach aliquando, ut in Imperat. Cum* ה *paragogico,* אֶתְהַלְּכָה Ambulabo, Pſal. 119. 45. *ut in Infinito Pihel. Cum metatheſi literæ Thau,*

quædam in Kal inusitata, hic simplicem הִתְ Kal significationem obtinent: ut, הִתְחַנֵּן *Supplicavit.*

Syllabæ characteristicæ accidit *Syncopa* vel *Metathesis.*

Syncopa, cùm vel litera ה, vel litera ת excidit. ה in Participio & Futuro, propter accedentes formativas istorum Temporum: ut, מִתְפַּקֵּד pro מִתְהַפְקֵד. Litera ת, quando ea euphoniæ causa in primam radicalem contrahitur per Dagesh: ut, הִטַּהֲרוּ pro הִתְטַהֲרוּ.

Metathesis fit literæ ת, quando prima radicalis est זסצש: tum enim illis postponitur, ac præterea post ז mutatur in ד, & post צ in ט: ut, הִשְׁתַּבַּח *Laudavit se,* הִצְטַדֵּק *Justificavit se,* הִזְדַּמֵּן *Præparavit se.*

## Præteritum.

| *fœm.* | *masc.* | |
|---|---|---|
| הִתְפַּקְּדָה | הִתְפַּקֵּד | 3. |
| הִתְפַּקַּדְתְּ | הִתְפַּקַּדְתָּ | 2. |
| | הִתְפַּקַּדְתִּי | 1. |

## Plural.

| | | |
|---|---|---|
| | הִתְפַּקְּדוּ | 3. |
| הִתְפַּקַּדְתֶּן | הִתְפַּקַּדְתֶּם | 2. |
| | הִתְפַּקַּדְנוּ | 1. |

## Participium.

| *plur.* | *sing.* | |
|---|---|---|
| מִתְפַּקְּדִים | מִתְפַּקֵּד | *m.* |
| מִתְפַּקְּדוֹת } *vel* | מִתְפַּקֶּדֶת | *m.* |
| | מִתְפַּקֶּדֶת | *f.* |

## Infinit.

הִתְפַּקֵּד

Imperat.

Partic. præſ. Benoni.

| *Plur.* | *Sing.* | |
|---|---|---|
| נֹגְשִׁים | נֹגֵשׁ | *m.* |
| נֹגְשׂוֹת | נֹגֶשֶׂת *vel* נֹגֶשֶׂת | *f.* |

Infinit.

הַנְגֵּשׁ

Imperat.

| *Plur.* | *Sing.* | |
|---|---|---|
| הַנְגְּשׁוּ | הַנְגֵּשׁ | *m.* |
| הַנְגֵּשְׁנָה | הַנְגִּישִׁי | *f.* |

Futurum.

| *com.* *Sing.* | | |
|---|---|---|
| אַנְגִּשׁ | 1 | |
| תַּנְגִּשׁ | 2 | |
| תַּנְגִּשִׁי | | |
| יַנְגֵּשׁ | 3 | |
| *Plur.* | | |
| נַנְגִּשׁ | 1 | |
| תַּנְגְּשׁוּ | 2 | |
| תַּנְגֵּשְׁנָה | | |
| יַנְגְּשׁוּ | 3 | |

Partic. præ

| *Plur.* | *Sing.* | |
|---|---|---|
| נוֹגְשִׁים | נוֹגֵשׁ | *m.* |
| נוֹגְשׂוֹת | נוֹגֶשֶׂת *vel* נוֹגֶשֶׂת | *f.* |

Partic. præter. Pahul.

| *Plur.* | *Sing.* | |
|---|---|---|
| נְגוּשִׁים | נָגוּשׁ | *m.* |
| נְגוּשׁוֹת | נְגוּשָׁה | *f.* |

Infinit.

נָגְשׁ

Imperat.

| *Plur.* | *Sing.* | |
|---|---|---|
| גְּשׁוּ | גְּשׁ | *m.* |
| גִּשְׁנָה | גִּשִׁי | *f.* |

Futurum.

| *fœm.* *Sing:* | | *maſc.* |
|---|---|---|
| אֶגַּשׁ | 1 | |
| תִּגְּשִׁי | 2 | תִּגַּשׁ |
| תִּגַּשׁ | | |
| יִגְּשִׁי | 3 | יִגַּשׁ |
| *Plur.* | | |
| נִגַּשׁ | 1 | |
| תִּגַּשְׁנָה | 2 | תִּגְּשׁוּ |
| יִגַּשְׁנָה | 3 | יִגְּשׁוּ |

*Notæ ad Kal.*

Infinit. נָגְשׁ ) *Prima radic. hic & in Imper. abjicitur, ſine compenſatione per Dageſh forte, cum vox ab initio non creſcat, ut Dageſh audiri poſſit.* ת *in fine quaſi formativum eſt, ut & in aliis Verbis, ſicut in ſequentibus videbitur. Propter gutturalem eſt duplex Pathach: ut,* לַפַּחַת Ad ſufflandum, *Ezech. 22. 20. à* נָפַח. *Sic à* לָקַח *dicitur* קָחַת *acci-*

*Thau*, אֶשְׁתַּמֵּר Cavebo mihi, *Pſal.* 18. 24.

## CAP. XVII.

### *De Defectivis prima radicali* נ, *& prima ipſorum Conjugatione* Kal *&* Niphal.

EXplicata eſt Conjugationum analogia: anomalia ſequitur, cujus genera duo ſunt: unum literæ deficientis, unde *Verba Defectiva*; alterum literæ quieſcentis; unde *Quieſcentia* appellantur.

*Defectiva* ſunt, quæ literam deficientem per Dageſh forte, quando id forma vocis patitur, compenſant: ſuntque duorum generum. *Primum*, Verborum à litera נ incipientium, quæ literam נ deficientem, cum vox ab initio creſcit, per Dageſh forte compenſant. Hinc *Defectiva Pe Nun*, vulgò appellantur, & paradigma habent נָגַשׁ *Acceſſit.* Unicum verbum לָקַח *accepit*, horum anomaliam imitatur. Vulgò etiam ponitur genus Verborum *Defectivorum Pe Jod*, quæ vide infra cap. 23. Porro præteritum & utrumque Partic. in *Kal*, item Infin. Imp. & Futurum *Niphal* regulariter flectuntur.

| Præter. | Niphal | | Præter. | Kal. | |
|---|---|---|---|---|---|
| *fœm.* | *maſc.* | | *fœm.* | *maſc.* | |
| נִגַּשָׁה | נִגַּשׁ | 3. | נָגְשָׁה | נָגַשׁ | 3. |
| נִגַּשְׁתְּ | נִגַּשְׁתָּ | 2. | נָגַשְׁתְּ | נָגַשְׁתָּ | 2. |
| *com.* | נִגַּשְׁתִּי | 1. | *com.* | נָגַשְׁתִּי | 1. |
| *Plur.* | | | *Plur.* | | |
| *com.* | נִגַּשׁוּ | 3. | *com.* | נָגְשׁוּ | 3. |
| נִגַּשְׁתֶּן | נִגַּשְׁתֶּם | 2. | נָגַשְׁתֶּן | נָגַשְׁתֶּם | 2. |
| *com.* | נִגַּשְׁנוּ | 1. | *com.* | נָגַשְׁנוּ | 1. |

Partic.

**Præter. Hophal.**

| *fæm.* | *Sing.* | *masc.* | |
|---|---|---|---|
| | הָגְּשָׁה | הָגַּשׁ | 3 |
| | הָגַּשְׁתְּ | הָגַּשְׁתָּ | 2 |
| | *com:* | הָגַּשְׁתִּי | 1 |
| | *Plur.* | | |
| | *com.* | הָגְּשׁוּ | 3 |
| | הָגַּשְׁתֶּן | הָגַּשְׁתֶּם | 2 |
| | *com.* | הָגַּשְׁנוּ | 1 |

**Partic. præter.**

| *plur.* | *sing.* | |
|---|---|---|
| מָגְּשִׁים | מָגַּשׁ | *m.* |
| מָגְּשׁוֹת | מָגְּשָׁה | *f.* |

**Infinit.**

הָגַּשׁ

*Imperat. caret.*

**Futurum.**

| *fæm.* | *Sing.* | *masc.* | |
|---|---|---|---|
| | *com.* | אָגַּשׁ | 1 |
| | תָּגְּשִׁי | תָּגַּשׁ | 2 |
| | תָּגַּשׁ | יָגַּשׁ | 3 |
| | *Plural.* | | |
| | *com.* | נָגַּשׁ | 1 |
| תָּגְּשֹׁנָה | | תָּגְּשׁוּ | 2 |
| | | יָגְּשׁוּ | 3 |

**Præter. Hiphil.**

| *fæm.* | *Sing.* | *masc.* | |
|---|---|---|---|
| | הִגִּישָׁה | הִגִּישׁ | 3 |
| | הִגַּשְׁתְּ | הִגַּשְׁתָּ | 2 |
| | *com.* | הִגַּשְׁתִּי | 1 |
| | *Plur.* | | |
| | *com.* | הִגִּישׁוּ | 3 |
| | הִגַּשְׁתֶּן | הִגַּשְׁתֶּם | 2 |
| | *com.* | הִגַּשְׁנוּ | 1 |

**Partic. præsens.**

| *Plur.* | *Sing.* | |
|---|---|---|
| מַגִּישִׁים | מַגִּישׁ | *m.* |
| מַגִּישׁוֹת *v.* מַגְּשָׁה | | *f.* |

**Infinitivus.**

הַגִּישׁ *vel* הַגֵּשׁ

**Imperativus.**

| *Plur.* | *Sing.* | |
|---|---|---|
| הַגִּישׁוּ | הַגֵּשׁ | *m.* |
| הַגֵּשְׁנָה | הַגִּישִׁי | *f.* |

**Futurum.**

| *fæm.* | *Sing.* | *masc.* | |
|---|---|---|---|
| | *com.* | אַגִּישׁ | 1 |
| | תַּגִּישִׁי | תַּגִּישׁ | 2 |
| | תַּגִּישׁ | יַגִּישׁ | 3 |
| | *Plural.* | | |
| | *com.* | נַגִּישׁ | 1 |
| תַּגֵּשְׁנָה | | תַּגִּישׁוּ | 2 |
| | | יַגִּישׁוּ | 3 |

*Notæ ad Hiphil.*

Particip. מַגִּישָׁה ) *In* ת, מַגֶּשֶׁת Assequuta, *Lev.* 14. 21

Accipere. *At à* נָתַן *contracte & speciali anomalia dicitur* תֵּת Dare, pro תְּנָה: *quandoque tamen etiam regulariter,* נְתוֹן: *ut & ali as. Pleraq; tamen Verba hic analoga sunt.*

Imperat. גַּשׁ) *Cum* ה *paragogico,* גְּשָׁה Accede, *Gen.* 27. 21. *A* לָקַח *est* קַח, *& perfectè* לְקַח Accipe: *à* נָתַן *est* תֵּן *&* תְּנָה Da, *Gen.* 30. 26. *cum* ה *paragogico.*

Futurum אֶגַּשׁ) *Terminatio Cholem hic etiam usitata est: ut,* יְבוֹל Marcescet, *Psal.* 1. 3. *Cum* ה *paragogico* אֶצְרָה Custodiam, *Psal.* 119. 115. *A* לָקַח *est,* אֶקַּח Accipiam. *A* נָתַן *dicitur* אֶתֵּן Dabo.

## *Ad Niphal.*

Præterit. נִגַּשׁ) *Dagesh ex gutturali fere sine compensatione excidit: ut,* נִחַם Consolationem cepit, 2 *Sam.* 13. 39. *A* לָקַח *hic regulariter dicitur* נִלְקַח Capta est, 1 *Sam.* 4. 22. *Prima radicalis etiam quandoque manet.*

Particip. נִגָּשׁ) *In* ת, נִתָּכַת Effusa est, *Jer.* 7. 20. נִדָּחַת Depulsa, *Ezech.* 34. 4.

Infinit. הִנָּגֵשׁ) *Unum ab analogia excipitur,* נִגּוֹף Cædendo, *Jud.* 20. 39. *cui simile, quod supra cap.* 13. *ad Infinit. Niphal notatum est.*

*Porro formæ* Pihel, Pyhal, *&* Hithpahel, *analogæ sunt, unde specialem doctrinam hic non requirunt. Nam in* Pihel *est* נִגֵּשׁ, *in* Pyhal נֻגַּשׁ, *in* Hithpahel הִתְנַגֵּשׁ, *quæ juxta paradigma* פָּקַד *regulariter flectuntur.*

# CAP. XVIII.

## *De Conjugatione* Hiphil *& ejus forma passiva* Hophal.

ANomalia utriusque formæ est in prima radicali deficiente, & per Dagesh compensata.

Præ-

Partic. præſ.

| Plur. | Sing. |
|---|---|
| נְסַבִּים | נָסֹב m. |
| נְסַבּוֹת | נְסַבָּה f. |

Infinit.

הִסָּבֵב

Imperat.

| Plur. | Sing. |
|---|---|
| הִסַּבּוּ | הִסַּב m. |
| הִסַּבֶּינָה | הִסַּבִּי f. |

Futurum.

| fœm. Sing. | maſc. |
|---|---|
| com. | |
| אֶסַּב | 1 |
| תִּסַּב | 2 |
| תִּסַּבִּי | |
| יִסַּב | 3 |
| Plur. | |
| נִסַּב | 1 |
| תִּסַּבּוּ | 2 |
| תִּסַּבֶּינָה | |
| יִסַּבּוּ | 3 |

Participium utrumque analogum eſt: ut, סַבָּב, סָבוּב.

Infinit.

סוֹב

Imperat.

| Plur. | Sing. |
|---|---|
| סֹבּוּ | סוֹב m. |
| סֻבֶּינָה | סוֹבִי f. |

Futurum.

| fœm. Sing. | maſc. |
|---|---|
| com. | |
| אָסוֹב | 1 |
| תָּסוֹב | 2 |
| תָּסֹבִּי | |
| יָסוֹב | 3 |
| Plur. | |
| נָסוֹב | 1 |
| com. | |
| תָּסֹבּוּ | 2 |
| תָּסֻבֶּינָה | |
| יָסֹבּוּ | 3 |

*Notæ ad Kal.*

Præterit. סַבְּרָ) *Accentus eſt in penultima ob factam contractionem, & ſic in plurali* סַבּוּ. *Sæpius perfecta ſunt.*

Infinit. סוֹב) *Integre* סָבוֹב, *quod legitur Num.* 21. 4. *Accentu ablato, ſive ſequente Makkaph, Cholem corripitur in Kametz-chatuph, ut dictum cap.* 5. *ut,* בָּרְךָ in cantando, *Job.* 38. 7.

Imperat. סֹבּוּ) *Sine Dageſh propter* ר, אֹרּוּ maledicite, *Jud.* 5. 23. *ab* אָרַר. *Quandoque Accentus ad ultimam deſcendit, & tunc Cholem corripitur in Kametz-chatuph: ut,* רָנּוּ cantate, *Jeſa.* 44. 23. *Et ſic in fœminino,* רָנִּי cane, *Zach.* 2. 10.

Imperat. הַגֵּשׁ) *Accedente* ה *paragogico, pro Tzere semper est Chirek: ut,* הַגִּישָׁה admove, *Gen.* 27. 25.

Futurum יַאֲגִישׁ) *Et in Tzere: ut,* יִפֹּל cadere finito, *Esth.* 6. 10. *Si tertia sit gutturalis* ה *vel* ע, *tum crasis fit: ut,* יַסַּע proficisci facit, *Psal.* 78. 26. *pro* יַסִּיעַ.

*Ad Hophal.*

*Pro Kametz-chatuph hic fere semper usurpatur Kibutz.*

*Participium præsens inusitatum est.*

## CAP. XIX.

### *De Defectivis secunda radicali, & prima ipsorum conjugatione* Kal *&* Niphal.

ALterum genus Defectivorum, est Verborum secundam radicalem geminantium, quæ per defectum secundæ radicalis in monosyllaba contracta, deficientem per Dagesh forte, cum vox à fine crescit, compensant. Hæc à forma integra vocantur vulgò *Geminantia* sive *Duplicantia Ajin*, id est, secundam radicalem: at à forma defecta, quæ hic consideratur, *Defectiva* dici debent. Paradigma habent סָבַב *Circuivit*, quod contracte sive defecte dicitur סַב.

| Præter. Niphal. | | | Præter. Kal. | | |
|---|---|---|---|---|---|
| *fœm.* | *Sing.* | *masc.* | *fœm.* | *Sing.* | *masc.* |
| נָסַבָּה | | נָסַב 3 | סַבָּה | | סַב 3 |
| נָסַבּוֹת | | נָסַבּוֹתָ 2 | סַבּוֹת | | סַבּוֹתָ 2 |
| *com.* | | נָסַבּוֹתִי 1 | *com.* | | סַבּוֹתִי 1 |
| | *Plur.* | | | *Plur.* | |
| *com.* | | נָסַבּוּ 3 | | | סַבּוּ 3 |
| נָסַבּוֹתָן | | נָסַבּוֹתֶם 2 | סַבּוֹתָן | | סַבּוֹתֶם 2 |
| *com.* | | נָסַבּוֹנוּ 1 | *com.* | | סַבּוֹנוּ 1 |

Partic.

Præter. Pyhal.

| fæm. | Sing. | masc. | |
|---|---|---|---|
| סֻבְּבָה | | סֻבַּב | 3 |
| סֻבַּבְתְּ | | סֻבַּבְתָּ | 2 |
| &c. | | סֻבַּבְתִּי | 1 |

Part. præt. sive Pahul.

מְסֻבָּב

Infinitivus.

סֻבַּב

*Imperat. caret.*

Futurum.

אֲסֻבַּב

Præter. Pihel.

| fæm. | Sing. | masc. | |
|---|---|---|---|
| סִבְּבָה | | סִבֵּב | 3 |
| סִבַּבְתְּ | | סִבַּבְתָּ | 2 |
| &c. | | סִבַּבְתִּי | 1 |

Partic. Præsens:

| | | |
|---|---|---|
| מְסַבֵּב | מְסַבְּבִים | |
| מְסַבֶּבֶת | מְסַבְּבוֹת | |

Infinit.

סַבֵּב

Imperativus.

&c. סַבֵּב

Futurum.

&c. אֲסַבֵּב

*Notæ.*

*Quædam primam radicalem geminant, & secundæ ac tertiæ interponunt,* גָּלַל *à* גָּלַל, *quorum conjugandi ratio analoga est, ut supra cap.* 14. *ad Præteritum* Pihel *dictum est.*

## CAP. XXI.

*De* Hiphil *&* Hophal *defectivorum secunda.*

ANomalia in principio capitis 19. explicata est.

Præter. Hophal.

| fæm. | Sing. | masc. | |
|---|---|---|---|
| הוּסַבָּה | | הוּסַב | 3 |
| הוּסַבְתְּ | | הוּסַבְתָּ | 2 |
| com. | | הוּסַבְתִּי | 1 |

Præter. Hiphil.

| fæm. | Sing. | masc. | |
|---|---|---|---|
| הֵסַבָּה | | הֵסֵב | 3 |
| הֲסִבּוֹת | | הֲסִבּוֹתָ | 2 |
| com. | | הֲסִבּוֹתִי | 1 |

Futur. אָסוֹב ) *Kametz ſub formativis non raro in vocalem brevem & Dageſh reſolvitur: ut,* אֻקַּב Maledicam, *Num.* 23. 8. *Si accentus ad penultimam recedat, tum Cholem ultimæ ſyllabæ corripitur in Kametz-chatuph: ut,* וַיֻּסָּף Et circumivit, *Jud.* 11. 18 *Raro Shurek habent, quia ea terminatio Quieſcentium ſecunda propria eſt: ut,* יְשׁוּר Vaſtabit, *Pſal.* 91. 6.

*Ad Niphal:*

Præterit. נָסַב ) *Characteriſtica* נ *neceſſario cum vocali longa notatur, Chirek enim ſequente Scheva, ut in* נִפְקַד, *habere nequit, quia præponitur voci monoſyllabæ; neque poſt Chirek eſſe poteſt Dageſh, quia fieret confuſio cum Verbis Defectivis prima* נ. *Kametz autem ſub* נ *manet, quando accentus ſuo loco manet, ut in tertiis perſonis; ejus autem ſede mutata, tranſit in Scheva, ut in reliquis perſonis. Porro ante* ח *ſervat communem vocalem Chirek: ut,* נֶחַר Exficcatur, *Pſal.* 69. 8. *Quandoque etiam in Cholem vel Tzere deſinunt, ſed rarius: inde* וְנִגְלוּ Et convolventur, *Jeſ.* 34. 4.

Participium נָסֹב ) *Et in Tzere,* נָמֵס & liqueſcens, 1 *Sam.* 15. 9.

Infinit. הָסוֹב ) *Et in Tzere,* הָמֵס Liqueſcendo, 2 *Sam.* 17. 10. *Prima gutturali,* הֵחֹל profanari, *Ezech.* 20. 9.

Futurum אֵסַב ) *Dageſh ex prima gutturali excidit:* וְאֵחַל Et profanor, *Ezech.* 22. 26. *Sic cum* ה *paragogico* אֶחַתָּה Terrear, *Jer.* 17. 18. *Terminatio Cholem & Tzere hic etiam locum habent.*

## CAP. XX.

### *De Conjugatione* Pihel, *&* Pyhal *Defectivorum ſecunda.*

Hic verba plerunque analoga ſunt. At ſæpiſſime Cholem habent ab initio, loco Chirek & Dageſh: ut, סֹבֵב pro סִבֵּב.

Præ-

Particip. מְסֹבֵב) *Ex terminatione Pathach,* מַצֵּל umbram faciens, *Ezech* 31. 3.

Infinit. הָסֹבֵב) ה *cum Kametz ad differentiam Præteriti. Et hic quoque ſæpius eſt terminatio Pathach.*

Futurum אֶסֹּב) *Characteriſticæ ſunt cum vocali longa, eadem ratione, ut ſupra ad Præteritum* Niphal *notatum eſt. Reſolvitur tamen quandoque in vocalem brevem, quod & ſupra ad Futurum* Kal *obſervatum: ut,* וַיָּסֹב & circumduxit, *Exod.* 13. 18. *Accentu ad penultimam retracto, Tzere corripitur in Sægol, ut & in ſuperioribus aliquoties explicatum: ut,* וַיִּגֶל & devolvit, *Gen.* 24. 10

*Ad Hophal.*

Præter. הוּסַב) *Pro Shurek ſæpe eſt Kibbutz, & id per totam conjugationem.*

Partic. præter.) *Præſens omiſſum eſt, quia inuſitatum. Eſſet autem* הוּסָב.

## CAP. XX.

*De Conjugatione* Hithpahel *Defectivorum ſecunda.*

HÆc ad formam *Pihel* ſimpliciter aſſumit ſyllabam חת. Fit autem in hoc paradigmate metatheſis literæ primæ radicalis & literæ characteriſticæ ת, de qua figura initio cap. 16. dictum.

Præteritum.

הִסְתּוֹבֵב הִסְתּוֹבְבָה

&c. הִסְתּוֹבַבְתִּי

Participium.

&c. מִסְתּוֹבֵב

Infinitivus.

הִסְתּוֹבֵב

Impe-

| | Plur. | |
|---|---|---|
| | הוסַבּוּ | 3. |
| com. | הוסַבּוֹתָן | 2. |
| | הוסַבּוֹתֶם | |
| com. | הוסַבּוֹנוּ | 1. |

Partic præter.

| plur. | sing. | |
|---|---|---|
| מוסַבִּים | מוּסָב | m. |
| מוסַבּוֹת | מוּסָבָה | f. |

Infinit.

הוּסֵב

*Imper. caret.*

Futurum.

| fæm. | Sing. | masc. | |
|---|---|---|---|
| com. | אוּסַב | | 1. |
| | תּוּסַבִּי | | 2. |
| | תּוּסַב | יוּסַב | 3. |

Plur.

| com. | | |
|---|---|---|
| נוּסַב | | 1. |
| תּוּסַבּוּ | | 2. |
| תּוּסַבְנָה | יוּסַבּוּ | 3. |

| | Plur. | |
|---|---|---|
| | הֻסַבּוּ | 3. |
| com. | הֻסַבּוֹתֶן | 2. |
| | הֻסַבּוֹתֶם | |
| com. | הֻסַבּוֹנוּ | 1. |

Partic præſ.

| plur. | sing. | |
|---|---|---|
| מְסֻבִּים | מֻסָּב | m. |
| מְסֻבּוֹת | מֻסֶּבֶת | f. |

Infinit.

הָסֵב

Imperat.

| plur. | sing. | |
|---|---|---|
| הָסֵבּוּ | הָסֵב | m. |
| הָסֻבִּינָה | הָסֵבִּי | f. |

Futurum.

| fœm. | Sing. | masc. | |
|---|---|---|---|
| com. | אָסֵב | | 1. |
| | תָּסֵבִּי | תָּסֵב | 2. |
| | תָּסֵב | יָסֵב | 3. |

Plur.

| com. | | |
|---|---|---|
| נָסֵב | | 1. |
| תָּסֵבּוּ | | 2. |
| תָּסֻבִּינָה | יָסֵבּוּ | 3. |

*Notæ ad Hiphil.*

Præter. הֵסֵב) *Characteriſtica* ה *hic, ut & in forma paſſiva, notatur cum vocali longa, eadem ratione, ut* ו *in Conjugatione* Niphal: *Tzere autem ejus manet vel mutatur, ut Kametz ibidem in* Niphal. *Pro ultimo Tzere non rarò eſt Pathach, maxime ante gutturalem,* הֵחֵל, הֵשַׁח, הֵקַל, הֵמַר, הֵסַבּוּ) *Ex terminatione Pathach,* הֵסַבּוּ circumduxerunt, 1 *Sam.* 5. 10.

Par-

non possunt, cum reliqua omnia à Incipientia, ad Quiescentium classem & anomaliam pertineant, ex quibus hæc paucula, ceu specialiter anomala, excipiuntur.

### Præter. Niphal.

